

Commentarius in priorem Timothei epistolam : [Anonymus], [1533]

CONTENTS

<i>COMMENTARIUS IN PRIOREM TIMOTHEI EPISTOLAM a uiro summae pietatis studio conscriptus.</i>	2
CAPVT I.	2
<i>PAulus apostolus Iesu christi.</i>	2
<i>Secundum imperium dei et saluatoris nostri, et Iesu Christi spei nostrae. . .</i>	2
<i>Qui est spes nostra.</i>	3
<i>Timotheo dilecto filio infide.</i>	3
<i>Gratia, misericordia et pax.</i>	4
<i>A deo patre et Christo, domino nostro.</i>	4
<i>Sicut rogauit te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, ita facito. . .</i>	5
<i>Denunciaui quibusdam ne aliter docerent.</i>	6
<i>Erasmus: Vt denuncies quibusdam ne diuersam sequantur doctrinam. . . .</i>	6
<i>Neque intenderent fabulis et genealogijs interminatis. Erasmus: nunquam finiendis.</i>	6
<i>Quae quaestiones magis praestant quam aedificationem dei, quae est in fide.</i>	6
<i>Finis autem praecepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.</i>	7
<i>A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant.</i>	7
<i>Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur.</i>	8
<i>Scientes hoc, quia lex iusto non est posita.</i>	8
<i>Erasmus: Sciens illud, iusto lex non sit posita.</i>	8
<i>Sed iniustus et non subditus, impius et peccatoribus, sceleratis, et contaminatis, patricidis, et matricidis, homicidis, et fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiaris, mendacibus, periuris. Et siquid aliud sanae doctrinae aduersatur.</i>	8
<i>Etsi quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum Euangelium gloriae beati dei, quod creditum est mihi. Erasmus: Et si quid aliud est, quod</i>	10
<i>sanae doctrinae aduersetur secundum euangelium gloriae beati dei, quod concreditum est mihi.</i>	10

<i>Gracias ago ei, qui me confortauit in christo Iesu domino nostro, quia fidelem me iudicauit ponens in ministerio. Erasm: Et gratiam habeo qui me potentem reddidit, Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me iudicauit ponendo in ministerium.</i>	11
<i>Qui prius eram blasphemus et persecutor, uiolentus, sed misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem,</i>	12
<i>Superabundauit autem gracia domini cum fide et dilectione, quae est per Christum Iesum. Erasmus: Exuberauit autem supramodum gracia domini nostri cum fide et dilectione, quae est per Christum Iesum.</i>	13
<i>obsuatio. Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia christus Iesus uenit in mudum ut peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum. . . .</i>	14
<i>Erasmus: Certus sermo et dignus quem modis omnibus amplectamur, Christus Iesus uenit in mundum, ut peccato res saluos faceret, quorum primus sum ego.</i>	14
<i>Sed ideo misericordiam consequutus uel adeptus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam et clementiam ad informationem eorum (ad</i>	15
<i>exprimendum exemplar his, qui credituri sunt illi in uitam aeternam.</i>	15
<i>Regi autem saeculorum immortalis, inuisibili, soli deo, honor et gloria, in saecula saeculorum Amen.</i>	16
<i>Hoc praeceptum commendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias quae de te praecesserunt, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam.</i>	17
<i>Quam quidam repellentes circa fidem naufragium fecerunt. Ex quibus est Hymeneus et Alexander quos tradidi Sathanae, ut discant non maledicere. Erasmus: Qua repulsa, nonnulli circa fidem naufragium fecerunt, quorum de numero est Hyemenus et Alexander, quos tradidi satanae, ut discant non maledicere.</i>	18
CAPVT II.	18
<i>ADhortor igitur uos, ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.</i>	18
<i>Pro regibus et omnibus in eminentia constitutis, ut placidam, ac quietam uitam degamus, in omni pietate et honestate.</i>	20
<i>Hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire.</i>	21
<i>Vnus enim deus, unus etiam conciliator uel mediator dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. . . .</i>	21
<i>Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quod positus sum ego praedicator et apostolus. Veritatem dico non mentior. Doctor gentium in fide et ueritate.</i>	23
<i>Volo autem uiros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira et discipatione.</i>	24

<i>Similiter et mulieres in habitu ornato (amictu modesto) cum uerecundia et sobrietate (castitate) ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste preciosa, sed quod</i>	24
<i>deceat mulieres, promittentes (profitentes) pietatem per bona opera.</i>	25
<i>Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio.</i>	26
<i>Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Adam non rust deceptus, sed mulier seducta, obnoxia facta est praeuaricationi.</i>	27
<i>Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate.</i>	28
CAPVT III.	28
<i>F</i> <i>Idelis sermo.</i>	28
<i>Siquis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.</i>	28
<i>Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse.</i>	29
<i>Non turpiter lucri cupidum.</i>	33
<i>Sed suae domui bene praesit.</i>	34
<i>Filios habentem subditos cum omni castitate.</i>	34
<i>Erasmus. Liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia.</i>	34
<i>Quod siquis propriae domui praeesse non nouit, quomodo ecclesiam dei curabit?</i>	34
<i>Ne in superbiam elatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum bonum habere testimonium ab his qui foris sunt, ne in opprobrium et in laque.</i>	35
<i>Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes.</i>	35
<i>Non multo uino deditos.</i>	36
<i>Non turpe lucrum sectantes.</i>	36
<i>Habentes mysterium fidei in conscientia pura.</i>	36
<i>Atque hi probent prius et sic ministrent.</i>	36
<i>Nullum crimen habentes.</i>	37
<i>Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.</i>	37
<i>Non detrahentes, non calumniosas.</i>	37
<i>Fideles in omnibus.</i>	37
<i>Diaconi sint unius uxoris uiri, qui filiis bene praesint et suis domibus.</i>	37
<i>Qui enim bene ministrauerint, gradum si bi bonum acquirunt, et multam fidutiam in fide quae est in Christo Iesu.</i>	38
<i>Erasmus: multam libertatem quae etc.</i>	39
<i>Haec tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito.</i>	39
<i>Erasmus: Haec tibi scribo, sperans fore, ut ueniam ad te cito.</i>	39
<i>Si autem tardauero ut scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei.</i>	39
<i>Quae est ecclesia dei uiui, columna et firmamentum ueritatis.</i>	39

<i>Et manifeste (citra controuersiam) magnum est pietatis misterium, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.</i>	40
CAPVT III.	41
S <i>piritus autem manifeste dicit, quod in posterioribus temporibus desciscunt quidam a fide.</i>	41
<i>Attendentes spiritibus erroris, et doctrina daemoniorum in hypocrisim (simulationem) loquentium mendacium, et cauteriatam habentes con scientiam.</i>	42
<i>Et cauterio notatam habentium consciem.</i>	43
<i>Prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum graciaram actione fidelibus.</i>	43
<i>Fidelibus et his qui cognouerunt ueritatem: quia omnis creatura dei bona est. Et nihil reiiciendum, quod cum gracia rum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei et orationem.</i>	44
<i>Haec praeponens fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in uerbis fidei et bonae doctrinae quam assecutus es. Erasm. De his, si commonefecris fratres, bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus fidei, bonxque doctrinae, quam usque secutus es.</i>	45
<i>Ineptas autem et anileis fabulas deuita: exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est et futurae.</i>	46
<i>Fidelis sermo, et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et male dicimur, quia speramus in deo uiuo, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.</i>	47
<i>Erasmus: Indubitatus sermo dignusque qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc et laboramus, et probris afficimur, quod spem fixam habemus in deo uiuente, qui est seruator omnium hominum maxime fidelium.</i>	47
<i>Praecepte haec et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed esto exemplum fidelium in omni uerbo et conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.</i>	48
<i>Erasmus: Praecepte haec et doce. Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed esto forma fidelium, in sermone, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate.</i>	48
<i>Donec uenero, attende lectioni, exhortationi, et doctrinae.</i>	49
<i>Ne neglexeris quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum, autoritate sacerdotii.</i>	49
<i>Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinae. Insta in illis. Hoc enim faciens, et te ipsum saluum facies et eos qui te audiunt.</i>	49
CAPVT V.	50

S <i>eniorum ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, iuuenes ut fratres nus ut matres, iuuenulas ut sorores in omni castitate.</i>	50
<i>Erasmus: Senioreum ne saeuus obiurges sed adhortare ut patrem, iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres, iuniores ut sorores cum omni castitate.</i>	50
CAPVT V.	52
V <i>iduas honora, quae uere uiduae sunt. Si quae autem uidua filios habet aut nepotes habet, discat primum domum suam regere et mutuam uicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram deo.</i>	52
<i>Erasmus: Viduas honora, quae uere ui duae sunt. Quod si qua uidua liberos aut nepotes habet, discant primum propriam domum pie tractare, et uicem rependere maioribus. Hoc enim est honestum et acceptum coram deo.</i>	52
<i>Quae autem uerem uidua est, et desolata, speret in deum, et instet obsecrationibus et orationibus, noctu dieque'. Nam quae in delitiis est, uiuens mortua est.</i>	52
<i>Erasmus: Porron quae uere uidua est ac desolata, sperat in deo et perseuerat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieque'. Porron quae in delitiis uersatur, ea uiuens mortua est.</i>	53
<i>Et haec praecipe, ut irreprehensibiles sint.</i>	53
<i>Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, et est infideli deterior.</i>	53
<i>Erasmus: Quod si qua suis et maxime familiaribus non prouidet, fidem abnegauit, et est infideli deterior.</i>	53
<i>Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius uiri uxor in bonis operibus testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit. Si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.</i>	54
<i>Erasmus: Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis hominum testimonio comprobata, et si filios educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministravit, si in omni opere bona fuit assidua.</i>	54
<i>Adolescentiores (iuniores) autem uiduas deuita.</i>	57
<i>Cum enim luxuriatae fuerint in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt simul autem et ociosae discunt circuire domos, non solum otiosae, sed et uerbo</i>	57
<i>sae et curiosae loquentes quae non oportet. Erasmus: lasciuire coeperint aduersus Christum. et: Primam fidem reiecerunt</i>	58
<i>Volo autem iuniores nubere, filios gignere, domum administrare, nullam occasionem dare aduersario, ut habeat maledicendi causam. lam enim quaedam conuersae sunt retrorsum satanam secutae.</i>	58
<i>Quod si quis fidelis, aut si qua fidelis habeat uiduas, subministret illis ut non grauetur ecclesia, ut his quae uerae uiduae sunt sufficiat.</i>	59

<i>Erasmus: suppeditet illis, et non oneretur ecclesia, ut iis, quae uerae uiduae sunt, suppetat.</i>	60
<i>Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximem qui laborant in uerbo et doctrina Dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et. Dignus est operarius mercede sua.</i>	60
<i>Erasmus: Boui trituranti non obligabis os.</i>	60
<i>Aduersus presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus et tribus testibus. Eos qui peccant coram omnibus argue, ut et caeteri timorem habeant.</i>	62
<i>Iestificor (Obtestor) coram deo et domino Iesu Christo et electis angelis eius, ut haec custodias sine praecipitatione (et sine praeiudicio) iudicii, nihil faciens iuxta propensionem animi) in aliam partem declinando.</i>	64
<i>Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.</i> . . .	65
<i>Te ipsum castum custodi.</i>	65
<i>Noli adhuc aquam bibere, sed modicouino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates.</i>	65
<i>Quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium: quorundam autem sequuntur. Similiter et</i>	66
<i>facta bona manifesta sunt, et quae aliter se habent abscondi non possunt. Erasmus: Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt, precedentium ad iudicium, quosdam uero et subsequuntur. Con similiter et bona opera ante manifesta sunt, et ea quae secus habent, occuliri non possunt.</i>	66
CAPVT VI.	67
<i>Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini et doctrina blasphemetur.</i>	67
<i>Qui autem fideles habent dominos, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant quia fideles sunt (inseruiant quod fideles sint) et dilecti, quia beneficii participes sunt.</i>	68
<i>Haec doce et exhortare.</i>	68
<i>Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed inseruiens circa quaestiones et uerborum pugnas, ex quibus oritur, inuidia, contentiones, maledicentiae, suspitiones malae, superuacaneae conflictationes hominum mente corruptorum, et qui a ueritate priuati sunt.</i>	68
<i>Existimantium quaestum esse pietatem.</i>	70
<i>Est autem questus magnus pietas cum suf.</i>	71
<i>Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus.</i>	71
<i>Habentes autem alimenta et quibus tegam.</i>	72
<i>Nam qui uolunt diuites fieri in hoc saeculo, incidunt tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa, inutilia et nociua, quae mergunt homines in interitum et perditionem.</i>	72
<i>Et inseruerunt se doloribus multis.</i>	73

<i>Tu autem ô homo dei haec fuge, sectare uero iusticiam, pietatem, fidem charitatem, patientiam, mansuetudinem.</i>	73
<i>Et desideria multa et inutilia et nociua.</i>	74
<i>Qui mergunt homines in interitum etc.</i>	74
<i>Radix autem malorum omnium cupiditas quam quidam appetentes errauerunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.</i>	74
<i>Certa bonum certamem fidei, apprehende uitam aeternam, ad quam uocatus es, et confessus es bonam confessionem etc.</i>	75
<i>Praecipio tibi coram deo qui uiuificat omnia, et Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues praeceptum, sine macula irreprehensibile, usque in aduentum domini nostri Iesu Christi.</i>	76
<i>Quem suis temporibus ostendet beatus et solus princeps rex regnantium, et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem.</i>	77
<i>Quem nullus hominum uidit.</i>	78
<i>Sed nec uidere potest.</i>	79
<i>Cui honor et imperium sempiternum Amen.</i>	79
<i>Diuitibus huius saeculi praecipe, non sublime sapere.</i>	79
<i>Nec sperare in incerto diuitiarum.</i>	79
<i>Et praestet nobis omnia abunde ad fruendum.</i>	80
<i>Ad fruendam.</i>	80
<i>Diuites fieri in bonis operibus.</i>	80
<i>Facile communicare.</i>	81
<i>Thesaurizare sibi.</i>	81
<i>Fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam aeternam.</i>	81
<i>O Timothee depositum custodi.</i>	82
<i>Deuitans prophanas uocum nouitates.</i>	82
<i>Et oppositiones falsi nominis scientiae.</i>	83
<i>Quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.</i>	83
<i>Gracia tecum.</i>	84

COMMENTARIVS IN PRIOREM TIMOTHEI EPISTOLAM a uiro summae pietatis studio conscriptus.

BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS PETRVS.

[p.3]

COMMENTARIVS IN PRIOREM TIMOTHEI EPISTOLAM a uiro summae pietatis studio conscriptus.

CAPVT I.

P*Aulus apostolus Iesu christi.*

Regale et laudatum apud Iudaeos no men deposuit, inuidiam Christianis anne xam
 5 habens, quod Saul Dauid regem sa crum et electum perpetuo persecutus scribitur, ne Pau
 lus Christi persecutoris nomine ipso, sicut re, et ope re no torius habitus, fuerat, perpetuo
 uocaretur, mu tauit Sault nomem et humile delegit Pauli nomem, si la tine interpreteris,
 uel operatorium si Hebraice, qui tantum de suis laboribus gloriari solitus est. Reuera
 10 autem Paulus est, aliis literis Hebraicis mirabilis in uer bis et operibus. Nostris pontifices
 electi, humile nomem ponunt, et imperialia assumunt, ex Ioanne Leo. ex Gibriele
 Alexander, ex Iuliano Iulius, uastator ex ua statore. Curanda nomina et cognomina, ne
 uel ridicula uel obscoena infantibus obuenant unde uiri ali quando erubelc ant, maxime
 doctores honesta et ad uirtutes commonitoria nonina habere non est inutile, quod et
 ethnicis olim curae fuit, et sanctis patriar

COMMEN. IN PRIOREM

15 chis, non parum refert honesto uel ridiculo nomine uocari apud uulgum.

[p.4]

Apostolus IA Christo iam nomen aooperat, uas electi onis erat, reuera doctor gentium
 in fide et ueritate erat, ecclesiarum pastor. Sed seipsum, et officio legatum fatetur, ni
 quid altius uelit nominari, ne se ho norem querere. sedofficium, legationem agere teste
 tur, plenum laboribus, periculis, cura, non otiosum, gloriosum saeculare, quale nunc
 20 sectantur multi qui apostolici uocari diligunt, reuera regibus mundani ores, et a Christo
 alienissima conuersione, aposto tic potius iudicandi.

Iesu Christil Cuius nunc nomen celebrat, in omnibus epistolis incessanter, cuius
 inuocatores iam an te persecutus fuerat, ad mortem, nunc ipsum nomen portat coram
 gentibus, regibus et filiis Israë in quo solo seruamur, nomen nouum quod os domi ni
 25 nominat. Saluator et seruator est omnium sibi credentium, qui ut Iosue, inducit ad terram
 promissi onis, quod non poterat Moses, qui de captiuitate li berat Babilonica, qui semper
 orat pro populo dei. Qui unctus est rex regum, et dominus dominantium qui sacerdos
 magnus semper astat pro nobis, qui plenus gratia et ueritate, filios habet omnets unctos,
 a quo nomen nostrum consequimur, ut Chrisii

TIMOTHEI EPISTOLAM.

30 ni nominemur et simus.

[p.5]

Secundum imperium dei et saluatoris nostri, et Iesu Christi spei nostrae.

Erasmus: Secundum delegationem dei seruatoris nostri, et domini Iesu Christi, qui est spes nostra. Misit me recalcitrantem contrastimulum et legatum ordinauit, nihil tale cogitantem, omnipotens deus, iam mundum seruare uolens, iam conciliatus per Christi mysterium, qui nunc seruatorem se exhibet piissimum, olim seuerus, et iudex durus, 35 populo etiam suo peculiari. Is me misit, eius imperio subtrahere me non possum, eidem seruiuo, tibi, et pro Christianis scribens, non meo nomine, sed eius praecepto et uerbis, qui in me loquitur, et scribit, ne humanum putetur et mendax aut fabula inutilis, sed uerbum dei uiuum.

Et domini nostri Iesu Christi Per excellentiam a nobis dominus agnoscendus, qui 40 nos eripuit de seruitio et iugo Sathanae, et errorum et peccatorum. Ei serui datissimus, a deo patre, et per eum filii dei facti et cohaeredes secum, per suum sanguinem et mortem. Non solum omnipotentis dei et creatoris, sed et Christi dominium agnoscimus, ne uel Iudaeis uel paganis scrupulum ingeramus, si uel domini caeli uel Christum filium non confitemur.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.6]

Qui est spes nostra.

45 Unica fiduciae nostrae anchora, fidelis in promissis qui pro nobis satisfecit, qui gratis nos saluos faciet credentes. Sine quo mera desperatio, sicut ex Eua mors et infernus nos manent. Ipse enim solus et nemo alius. Est uia, ueritas, et uita nostra, sicut et spes nostra. Maledictus omnis qui sperat in alium a Christo. Ipse est spes nostra. Si quis iactat spem suam in Christi dignissima matre et dei genitrice Maria, is uiderit, quid intelligat, credat, 50 uel confiteatur, ne Christi solius gloriam alteri tradet, ne creatori hominem praeponat, ne matrem ex gratia Christi Christo praeferat, natura filio dei, id est, genuit nobis Christum, spem nostram, in quem et ipsa sperans et credens saluari debuit, cuius benignitati nihil addi potest, qui fons est bonitatis, et plenus gratia, a quo et mater eius saluata est, et omnis qui saluatur. Vel bene intelligat et bene loquatur et uelit, uel taceas a blasphemia 55 Christi, quam unicam, mater, odit, et auersabitur semper. Christus solus clamat. Venite ad me qui laboratis et onerati estis, ego reficiam uos. Non hoc matri detulit, sicut nec minora quidem. Quid enim mihi et tibi est (inquit) mulier etc.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.7]

Timotheo dilecto filio infide.

Timotheus interpretatur lingua sua (Graecus enim ex patre, licet matre Iudaea et Christiana) homo norans deum, Τιμόθεος Eo est honorabilis uirihonorificum nomen quoque. Nam 60 et Tires honorabilem notat. Habebat bonum testimonium a fratribus familiaribus, erat eruditus in lege et disciplinis saecularibus adhuc iuuenis, Paulo gratus et sodalis, ideo eum circumcidi uoluit, ut pro tempore Iudaeis superstitiosis gratificaret, et sandalum amputaret. Factus est episcopus in Asia Ephesi, taleis decet esse episcopos, bono testimonio, continentes, doctos, fideles, fama et uita uenerabiles, ne domini non blasphemetur. 65

Dilecto Ierat enim uirtuosus, et fidelis, et amo re Aposteli dignus. Dilectio in minus se habet quam amor et homines respicit. Amor et charitas in plus et ad deum, sicut lieb et minn quod charitatem explicat, elegantissimum nomen, quod foeda cupido et abusus lubricae linguae uertit in pudendum.

70 Filiol Qui paternas dotes, omnium uirtutum ut germanus filius referebat, ideo bene Eras. retulit Germano filio, cuius Paulum non solum non puderet, sed insignem sectatorem, sed sodalem et coapostolum fecit. Sic gaudent patres de filiis sensatis, sic doctores

COMMEN. IN PRIOREM

de discipulis studiosis sibi gratulantur. Sic dulciter al lo quendi sunt filii et discipuli et
75 auditores. Contra ludi magistros ferocissimos. [p.8]

In fide NNe carne genitum aestimares, quae et nobi liorfiliatio, sicut fides naturae praefertur ad dominum Sic pater generando similem, naturam communicat Sic Paulus huic filio fidem in Christum contradidit et omnia, non sterilem, sed foecundissimam quae po£ pulos Christo plurimos genuit, et nutriuit uerbo ui tae et cuangelica doctrina.
80 Fidem prae dotibus omni bus commendat in discipulo Apostolus, non circun cisionem, non scientiam legis, non parentis fides facit Christianum, et Christianorum antistitem et dei filium adoptiuum.

Gratia, misericordia et pax.

Optat non diuitias, non sanitatem, non honores, quae hodie sectantur, apostolici, sed dei optimi fauorem et gratiam, qua nobis beneficus est, intra nos bona opera operatur,
85 amat ut filios dilectissimos, immeritis munera spiritualia largitur, et tempora libus non destituit. Gratia haec non est habitus aliquis qualitatis in animam, influxus, stertens, et otiosus, do nec aetatis profectum suscitet libero arbitrio ad bonum operandum, et ad imitatorios actus, sed est dei fauor et insinctus, ad opera dei in nobis, quem ut

TIMOTHEI EPISTOLAM.

summum bonum in hac uita nobis appetere debemus quem et Paulus imprecatur primum.
90 Si enim deus pro nobis, quis contra nos. [p.9]

Misericordia) Pius dei animus, quo nostris ma lis non offenditur, tollerat, propitiatur blasphemantibus, benefacit, ignorantibus parcat, errantes redu cit, hanc nobis innotescere cupit semper, et pro hoc sperare docet.

95 PaxI Conscientiae certo confidentis, de gratia dei et misericordia, exhilarans animum, similiter et externam pacem pro dei misericordia optat, ut libere deo uacari possit, hoc primum impensissime optabatur a Christi discipulis, ut lupos periclitantibus, de uita, et praedicatione ueritatis oportuna sa cro osculo finis synaxcos imprecabatur haec pax.

A deo patre et Christo, domino nostro.

Erasinus: A deo patre nostro, et domino Iesu Christo domino uostro.

100 Gracia et misericordia et pax, ut optima nobis non habentur nisi desuper descendentia
a patre luminum, a quo omne bonum, ea precibus nostris et sanctorum fratrum obtinere
debemus.

Iam nunc in nouo testamento deus iugiter pater non minari uoluit, inueteri dominus et
zelotes: fratres

COMMEN. IN PRIOREM

105 enim sumus Iesu Christi filii sui. Est autem pater uni uersae creaturae sed specialiter
recipientium filium suum, et eum audientium. Quis cuncta uideat patrem,
misericordiarum, et totius consolationis, nisi degener et nothus, male et impie de eo sen-
tiens. Nihil dulcius nominari potest patre et filio.

110 Et domino Iesu Christo Christus dominus, non solum fidelium, sed uniuersae creaturae,
cuius honorem agnoscunt, caelestia, terrestria, et inferna, data est ei omnis denique
potestas in caelo et terra, etiam angeli et dominationes ei seruiunt. Subiugata habet reges
et regna, uelint nolint, tribunali suo comparebunt iudicandi ab eo. Dominus uniuersorum
ipse est, in cuius ueste scriptum: Rex regum etc.

115 Domino nostro I Secundo adiicitur, quod fidelium et redemptorum proprie dominus
sit, qui per fidei mandata recognoscunt dominum suum, qui eiusdem mandatis obediunt, doctrina
seruant, promissis credunt, et uitae ueffigia imitantur. Dominum eum non agnoscunt,
qui euangelium suum contemnunt, et uerbo suo non credunt prohibent autem uel non
adiuuant pro uiribus,

Sicut rogauit te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, ita facito.

Quemadmodum rogauit te I Vide modestiam tanti apostoli, non mandat, non urget, non
compellit, sed

TIMOTHEI EPISTOLAM.

120 sincere, mansuete, paterne, Christiano pectore, rogat apostolico more, quem a Christo
didicerunt. Sicut re duci uolunt Christiani, non minis, non fulminibus monentur
ad ea quae conueniunt.

125 Vt remaneres Ephesi Egregie diuelli poterat, fidelis et docilis discipulus a uerbis
uitae, quae Christus ex ore eius loquebatur iugiter, sicut testatur Petrus et populus
Christum sequens, quem uix aliquando nauigio declinari poterat, et desertis locis Sic
Paulum aemulabatur Timotheus cupiens per labores, pericula et itinera magistrum sequi
in patriam alienam Macedoniam, sed rogatur a Paulo ut

130 ialarepae, Ephesus urbs est Asiae minoris, tunc cultrix simul Dianae ab Ioue de
caelo delapsa, quo currebatur, non solum ex Asia uniuersa, sed ab omni orbe, sicut nunc
ad Aquisgranum et Loretum, quaestum multum importabat ciuitati. Illic Paulus biennio
praedicans profecit multum in Christianis illius urbis et a gentilibus multa passus, lege
decimumnonum Actuum. Ei ciuitati praefecit doctorem Timotheum, quem antea ad
Macedoniam miserat, et cum quo Ephesum redierat.

135 Ita facito Erasmus addit ex Graecis. Non sensu proprio, nisi eum uult, sed rogat ut
faciat ea et loquetur

[p.10]

[p.11]

COMMEN. IN PRIOREM

iuxta doctrinam et admonitionem et inquitum Pauli.

[p.12]

Denunciaui quibusdam ne aliter docerent.

Erasmus: Vt denuncies quibusdam ne diuersam sequantur doctrinam.

Ece non inutilem nouam translationem et Graece studium. Vt denunties, hoc uolui, faceres Ephesi, de nuntiares scilicet quibusdam iudaizantibus et aliam ab euangelica doctrina subintroducuntibus. Prius officium praelati et doctoris ostendere, euangelio
140 solo credendum, et sacris litteris, eidem soli in sistendum, certo credendum, sufficienti, ad animae salutem, et deo placendum.

Quicquid apostolicae doctrinae aduersatur, hoc ana thema iudicetur. Aduersatur autem philosophia multis, ideo obmittenda, maxime iunioribus, profectis in fide non nocuit forsitan, breuiter et neglectim uisa. Et quia hactenus eidem toti institimus, ideo
145 hodie euangelium prae dicantibus, nouitatem impropereamus, cum nihil sit antiquius uere Christiano.

Neque intenderent fabulis et genealogijs interminatis. Erasmus: nunquam finiendis.

Subintrauerant Iudaei curiosorum dogmatum ob

TIMOTHEI EPISTOLAM.

scuri doctores, quorum auditor fuisse uidetur Apelles, valentinus, et Sileus, qui de
150 propagnationibus aeonum, et quasi scotistarum formalitatum garriebant multa, et solum admirationem uenabantur, et quae stum, de quibus Tertullianus et Ireneus in primo contra haereticos. Hi docebant genealogias infinitas et miras fabulas de deo et angelis. Etiam Apostoli temporibus et unus semper addebat alterum, et magna diligentia et registra describebant maiorum nomina, uolebatque quilibet nobiliori familia natus uideri

155 Fabulas denique Paulus appellat, quicquid extra dei uerbum et sacras litteras docetur, ut est totum tale iudaicum, et Cabala obscurissima, de quibus omnibus sequitur.

[p.13]

Quae quaestiones magis praestant quam aedificationem dei, quae est in fide.

Questiones I Cauendum sumopere Paulus docet ab eis dogmatibus, quae causam praestant quaestionum et non dicit quarum aut qualium quaestionum Certe uanas, curiosas, gentilicias, philosophicas, metaphysicas, quaestiones omnium scholasticorum sententiariorum, omnium pessime tractasset et taxasset diuinus Paulus, quibus nihil discitur,
160 nisi de omnibus dubitare, contradictoria asseuerare, fallendo uin

COMMEN. IN PRIOREM

cere, uincendo uideri. Quis hodie numerat libros quaestionum, cum ex centum unus non habeatur, qui sacram tractauerit scripturam, et eo modo, ut prae stiteirt non tractasse, quasi Paulus iusserit quaestiones mouere, sic studuerunt quaestionibus, ideo euanerunt

[p.14]

165 cogitationibus. Vtilia spiritui neglexerunt. Praestaat non soluunt, semper enim uani
habent quod quaeratur, et stulti quaerere multum quam docere. Christus autem docuit,
pietatem, simplicitatem, fidem. Aedificatio dei) Aedificare in scripturis docere est, et
dei aedificatio a deo docerisonat, cum spiritus suggerit ueram pietatem qua philosophi
et quaestionarii ignorant.

170 Que est per fidem) Catholica documenta non habentur nisi per fidem, nec aedificatur
ecclesia nisi sacris litteris et fide, quae sola deus credi et fieri praecepit. Estque profectus
Christiani tantum per fidem, ut quo fide magis proficiat eo sit sanctior et opera fide
iustificantur et placent deo. Sine fide nulla aedificatio sed subuersio.

Finis autem praecepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.

Praeceptum dei id est, dei uoluntas est, credere in Christum saluatorem nostrum, et reco
natiorem patri, a quo missus, finis autem fidei est charitas in quam

TIMOTHEI EPISTOLAM.

175 fructificat. Opera enim charitatis sic sunt fidei fructus, ut sine eis nec sit, nec apareat. [p.15]
Charitas autem duplex: Dei qui fidem exigit et prae stat et fide placatur, et colitur.
Proximi denique charitas ex fide operatur. Si non operatur, nec charitas est, nec fidem
ostendit. Noli iactare fidem et Christianismum, nisi operibus charitatis. Non satisfacies
deo uero et confessione fidei. uiuax est et actione augetur, et sine operibus moritur, et
180 mortua ostenditur.

Nec ficta charitatis opera, sed corde puro, fide sacra licet purificato, ut quae bona fiunt,
propter dei gloriam tantum fiant, sine respectu praemii uel mercedis, aliter enim est deo
uti, et hypocritam agere, duploque deo displicere.

185 Conscientia bona, et fide non ficta, explicandi gratia haec addunt. Primo cum idem
sit, puro corde, bona conscientia, et fide germana, agere dei uoluntatem, et benefacere
proximo.

*A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores,
non intelligentes, neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant.*

Necesse est eos errare qui fabulis et questionibus insistentes dei uerbum nobis tantum
proposi

COMMEN. IN PRIOREM

190 tum, negligunt uiam scilicet ueritatis, scripturae et Christum, quem omnis scriptura
tantum docet, uetus et noua, cuius scopus est unicus, et finis totius legis charitas fraterna. [p.16]
Otiosi enim a cura proximo rum et Christum ignorantes, et minime uiuere cupientes,
quid agerent, nisi sensu humano, curiosa superflua, uana, nihil ad pietatem facientia
cogitantes, inuoluerunt se talibus quaestionibus, quaerentes seipsos, luxum, quaestum,
et fastum.

195 Doctores legis se uocant, soli qui dei uerba ignorant quod humiliat, et deprimit,
sensum, nec sinit tu mescere. Solum enim Christum et spiritum Christi doctorem

agnoscunt, qui uere sapiunt, humiliantur et ignorantiam fatentur. Quanto magis proficiunt tanto plura se ignorare deprehendunt, insciamque agnoscunt, nec doctiores uideri uolunt, quam sint agnoscunt curtam suppellectilem, non ambiunt titulos, non iactant, sed laudari erubescunt.

Non intelligentes 7 Liqueat legentibus Valentinianorum, Apellis et aliorum, illius temporis uanorum scripta doctorum, quod plura scire se uideri uolebant, et uerbis inusitatis sua inuoluerunt, et praeter scripturam plurima somniabant, sic quod loquebantur, ut nec ipsi intelligerent, nec hi quibus pro mercede et quaestu loquebantur.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

Quanta autem obscuritas sit quaestionum in scholasticis uel ex hoc liquet, quod perpetuo consequitur, quod semper discipuli a magistris recedunt, et quae rationibus sese fatigant, et argumentis inuoluunt quibus sese explicare nequeant. Regula enim ueritatis canonica scriptura perdita, non mirum si in Christiana sinceritate defecimus et gentilium ac Iudaeorum sapientia et superstitione degenerauimus. Lumen uero animarum perdidimus, intellectum legis dei et fidem et amorem.

[p.17]

Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur.

Dubitare nemo potest legem, et quicquid a deo est, bonam esse. Et cum lex doctrinam sonet, et uitae bonam institutionem, et a malo dehortationem, non potest non esse bona. Cunque ab fine bonum ordinetur, ad charitatem scilicet dei et proximi, necessario bona est. Verum nihil tam bonum quo non possumus abuti ad malum. Nulla legis obseruatio bona, nisi qua tenus seruiat charitati. Finis enim praecepti charitas, quam si quis negligat, nihil profuerit obseruatio legis. Abusus potius est si militet contra charitatem quam solam scopum habere debet, quicquid constituitur. Quin et deus suam legem uult charitati seruire, ut patet de sabbato in euangelis et Dauid pa

COMMEN. IN PRIOREM

nes prohibitus comedente.

[p.18]

Scientes hoc, quia lex iusto non est posita.

Erasmus: Sciens illud, iusto lex non sit posita.

Non abutitur lege, qui scit finem legis charitate esse, quam, qui cum fide habet, sine qua haberi non potest, iustus est. Iusticia enim ex fide est, quae per charitatem operatur. Eidem lex non imponitur ut onus, sed regula actionum, quam non ut legem obseruat, et non quasi ex necessitate, sed in spiritus libertate, ex amore et cum gaudio, sciens hoc ipso deo placere et proximo gratificari, nihil minus facturum etiam sine necessitate legis impositae. Non enim impedit in sic iusto lex libertatis, spiritum, sed dirigit et certum facit, deo placere quod agitur, a quo legem accepit, ut studiosius et alacrius operetur.

Sed iniustus et non subditus, impius et peccatoribus, sceleratis, et contaminatis, patricidis, et matricidis, homicidis, et fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiaris, mendacibus, periuris. Et siquid aliud sanae doctrinae aduersatur.

Iniustus I Qui enim sine fide dei uiuunt, dominum non timent, iudicium non uerentur, uitam fu

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.19]

230 turi saeculi non credunt, legem dei non aduertunt, hos necesse est a malis studiis, legibus non solum dei, manutenendis, sed ab hominibus statuendis, retineri, oeroeri, et puniri, non tam in suum bonum, quam eorum quibus cum conuersatur.

Non subditus) Erasmus: inobsequentibus.

Inobedientibus, ut qui sine lege, sua sponte, sanctis monitis a malis retrahi non uolunt, legis timore, et poenarum incommodo, in suum bonum a uetis arceantur et malis.

235 Impius I qui deum non credunt uel contemnunt uel non curare nostra suspicantur. Ideoque sine fide quicquid licet agere non uerentur, horum malitiis lege obsistendum est, ut si non dei iram, saltem hominum poenas legibus ferendas timeant, et iuxta eas uiuere compellantur. Pii autem homines non expectant legum mandata, sed suapte probitate et sine ritate agunt sancte, charitatisque; dulci uinculo, uina untur, praecurruntque potius, 240 quam ducantur, tantum abest, ut cogi uelint uel debeant.

Pecatoribus Pecutores cum omnes simus quantum libet religiosi ac pii, ut nec Apost. Ioannes diffiteri possit nec aliquis sanctorum, sequitur omnibus esse legem positam hominibus, quia pecetores, sed iusti ne hilomnussunt et exleges, qui infide et charitate

COMMEN. IN PRIOREM

[p.20]

245 uiuunt et sine lege, hoc est sine legis coactione quae legis sunt libere, sponte, et alacriter agunt. Qui uero ad legis necessitatem, uiuunt, et ut fit, legem ostendentem peccatum odiunt, hii uere peccatores et iniusti sunt, poenitentia et conuersioni indigent, donec tales fuerint non saluantur.

250 Sceleratis I Erasmus, irreuerentibus, qui non sua sponte reuerentiam maioribus exhibent. Hii ne ordo rerum turbetur legibus disciplinandi sunt, ut cui honorem, honorem etc. Honorem maioribus per contemptum negantes pacem, et concordia rumpunt. Hii lege coercendi et humiliandi per magistratum.

255 Contaminatis I uel prophanis, impuris. Soli ergo puri, mundi, sacri, quorum mentem, dei spiritus inhabitat ex sine lege necessitate, non tamen sine lege uiuunt, habent enim dei legem et beneplacitum, cui sponte obediunt. Contaminati qui omnium spurcitarum genere se foedos ostentant.

Patricis matricidis homicidis I Hii legibus opus habent, et ut formidine poenae oderint peccare, qui amore uirtutis carent, qui naturam superant malitia sua et contumeliam ingerunt creatori, bestias superant crudelitate.

260 Scortatoribus I Hic uidemus fornicationem et scortationem inter crimina a Paulo computari. Ne quis lia

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.21]

tam mentiatur, hominum generationi et educationi et conuiciui puuuto mamme eum-
rariam.

265 Masculorum concubitores Crimen infandum se cundum species suas non pau-
cas, deo naturae et ho minibus abhominabile et coelesti ultione dignum, acer bis et
duris legibus uindicandum, infidelium peculiare hominum et det contemptorum, et hu-
manam sapienti am diuiuae praeponentium. Roma.I.Vtinam legibus matrimonii utraque
reprimerentur, quibus coelibatus maxime suftragatur.

Plagiariis l'Homines furto rapientibus et uendentibus, abutentibus ad crudelitatis
obsequia omnis humanitas obliuiscendo pietate.

270 Mendacibus 7 Verbis circumueniendo, decipiendo nocendo, irridendo, mentiendo,
ueritatem negando, impugnando, conculcando, omnia legibus opus habent. Periuoris)
In dei contumeliam, diuint nominis de decus, blasphemiam, mendatium, infidelitatem,
domino impingendo mala quae fiunt, imprecando mala quae sunt in eius dedecus, om-
nibus his leges dantur.

*Etsi quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum Euangelium gloriae beati
dei, quod creditum est mihi. Erasmus: Et si quid aliud est, quod*

COMMEN. IN PRIOREM

[p.22]

*sanae doctrinae aduersetur secundum euangelium gloriae beati dei, quod concreditum
est mihi.*

275 Seruantibus euangelicam doctrinam, a Christo et Apostolis ac Paulo praedicatam, quae
sola sana est, et credentibus necessaria, utilis et certa, non est neces saria lex quaecunque
humana, quandoquidem nec Mo saica quae dei est. Iusti enim sunt, qui euangelio
credunt, et Christum amplectuntur, ut suum et saluatorem et fratrem. Quicquid autem
huic doctrina aduersatur, hoc lege quoque prohibitum est, et legis uirtute opus habet,
280 quod reuincat, deterreat, puniat peatores, et transgressores et ministros, ut qui charitatis
uinculo dulci deo connecti nolunt, legum laqueis innectantur, alioqui iustis non est lex
posita.

Euangelium) Promissorum bonorum et maximorum ac spiritualium, certa et laeta
denunciatio, quod iam nunc instent et credentibus reddantur. Et quod deus perditum
285 mundum inChristo sibiipfecte re conciliauerit, et omnium peatorum satisfactionem re
ceperit, ut non tam de peatorum remissione simus sol liciti, quam ut post hac pientissimi
patris beneplacitis insistamus, et ut grati filii in fide et charitate to ti inhaereamus.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.23]

Gloriae) Euangelium gloriae nominauit. Quid enim gloriosius deo quam bonitas sua
per Christum et euangelium nobis reuelata, docet enim nos, ut non tam gloriosum sit,
290 Iquod in principio sua omnipotentia creatus est mundus, qui quod in fine temporum
pro nobis immolatus est Christus. Glorificatur euangelio deus toto orbe, deprimit et
subiicit omnem gloriam mundi. Glorificat obseruatores et creden tes facit uere sapientes

et sanctos, cui quicquid contrariatur uel non concordat insanum est.

295 Beati deil Defecit Apostelus in uerbis, deum epitheto honoris nominare uolens, quicquid enim de deo dicitur, minus est a dignitate eius. Beatum dixit, quia omnis beatitudinis fons, autor, et scopus, quem scire et amare consummata felicitas, et absoluta perfectio, cui nihil bonorum abest, sed a quo omne bonum qui ad beatitudinem capessendam nos creauit.

300 Creditum sibi euangelium Paulus praedicat, et gloriatur, ut in eo deo seruiat, et fideliter incumbat, licet non sit de duodecim Apostolis, et persecutor ecclesiae fuerit. Ex gratia tamen uocatus et missus ad gloriam euangelii disseminandam, tanquam fidelis et non adulterator et quaestuosus ac uaniloquus uel desensibilis. Creditum dicitur quasi fide

COMMEN. IN PRIOREM

305 litate praecipuo nuntio, tanquam thesaurus inexhaustibilis in orbem spargendus, semen centesimum fructum ablatum.

[p.24]

Gracias ago ei, qui me confortauit in christo Iesu domino nostro, quia fidelem me iudicauit ponens in ministerio. Erasm.: Et gratiam habeo qui me potentem reddidit, Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me iudicauit ponendo in ministerium.

310 Licet etiam fuerim magister legis et in uaniloquio in schola Pharisaeorum exercitatus, et humanis studiis non indoctus, sed gracias ago deo, qui per infusam mihi fidem in dominum nostrum Iesum Christum, me licet maxime indignum sua mera gratia iudicauit dignum, qui in suum ministerium poneretur, ut praedicem dominum Iesum Christum sine omni respectu ad priuatum uel publicum bonum meum, sed gloriam dei patris et in laudem gratiae bonitatis suae annunciandae per me uniuerso orbi.

315 Gracias ago ei. Vocatio ad spiritualia bona et ad uerbi dei praedicationem soli deo accepta refertur debet, non huiusmodi mereri possumus, praeuenimur ad id de bonitate, ut non unquam in aliquo de nobis gloriemur. Sed honorificemus deum, qui uocat et uocationi adaptat, et bona quae fiunt per nos ipse agit.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

Et eum in suis muneribus, misericordissimum agnoscamus, et per fidem maiora recipiamus.

[p.25]

320 Qui me confortauit. Cum ex uiribus meis nihil possem et tamen me fortissimum legis dei propugnaculum super coetaneos meos efferrem, iusticia legali inflatus, ipse me humiliatum et exinanitum uiribus naturae, et gratiam suam in bonum confortauit. Spiritus uero feruore imbuit et inflammauit, ut non solum arserim, sed etiam inflammauerim alios.

325 In Christo Iesu domino nostro. In gloriam et laudem Iesu Christi, quem deus mundo lumen, creatorem, et redemptorem et doctorem instituit. Cuius uerbi et euangelii me praedicatorum instituit, cuius gratia et meritis confortatus a deo gracias ago.

Quia fidelem me iudicauit. Non inuenit fidelem sed per gratiam suam sum id quod sum, decreuit me facere fidelem sibi, quem praesumptuose fidelem repperit in traditiones

Iudaicas, ut tanto magis eluceat bonitatis diuinae eminentia, quanto indigniorem deligeret in opus suum.

330 Ponens in ministerio) Vt sim non proprie doctrinae inuentor, sed uerbi sui tantum minister, idoneus non piger, et propriae utilitatis captator, sed dei minister in opus sanctum, non in gloriam praelationis, sed ministerium subiectionis ut eidem mi

COMMEN. IN PRIOREM

nistrare nunquam cessem, sed ministerium meum indefesso conatu implem. Omnis, [p.26]
 non solum Apostoli, sed et Christiani uocatio haberi debet ut quoddam ministerium, ut
 335 mutuuum semper famulemur, ideo uoluit inter nos esse multos, imbecilleis et infirmos.
 Et paruulos in Christo nutriendos uerbo et exemplo. Vnum egere alterius opera, et dona ministerii singula singulis impartiri.

Qui prius eram blasphemus et persecutor, uiolentus, sed misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem,

Christum dei filium, eius caelestem doctrinam, dei patris exhibitam charitatem in Christo, stupenda miracula blasphemio ore criminatus sum, dixi ut caeteri pharisaicae scholae
 340 sectatores, demoniacum, haereticum, seductorem, plusquam peccatorem, et amicum peccatorem, et contemptorem diuinorum pariter et humanorum, docui haec eadem alios, seduxi quos potui, et quos non uerbis ualui, factis infititi.

Persecutor I Non sufficit oris blasphemia et clamor sacrilegus, quin et ubique persequebar, primum quidem 25 discipulos, Actuum, et Stephanum, sed et epistolas accepi, ad
 345 omnes synagogas, ut si quos inuenissem etc. Non neg impictatis meae in

TIMOTHEI EPISTOLAM.

felicitem. Nec solum personas persequutus sum, sed usque ad mortem perstiti, ubique [p.27]
 traxi, tradidi, accusaui, incitauit, damnaui, lapidaui, interfeci.

Sed misericordiam adeptus sum) Vbisuperabundauit crimen, ibi superabundat et gracia, praeuenit me sine meritis, impediuit in malo, corripuit clamore de caelo, indicauit
 350 errorem, suppeditauit doctorem, non solum de Damascena ecclesia, sed etiam de caelo, et de tertio caelo, et ad supereffluentiam, ut plura eorum eloqui non oporteat, addidit et animum publice confitendi Christi gloriam et ueritatem euangelicam, utque posterius defensorem quos prius uastator persequebar agerrime semper, et ubique. Quomodo sic inimicissurus conuerti potuissem, nisi praeuentus gracia dei si prior dilexisset me,
 355 nisi me elegisset, nisi celebriorem suam gloriam facere uoluisset, quanto malum meum fuisset impotentius.

Quod ignorans feoerim per incredulitatem I Repletus etiam scientia traditionum humanarum, quae a magistris nostris didiceram, promissiones diuinas de modo mittendi Messiam et Christum suum nemo docuerat, legis iusticiam sufficere mihi putabam, praeter
 360 quam nullam sciebam etc. multa sacerdotii Leuitici cere mas maximi duebam. Templum crebro ut religiosior

COMMEN. IN PRIOREM

[p.28]

giosior uisitabam. Cum itaq uiderem a Christi doctrina et Apostolorum alienari fratres meos ab humanis et Iudaicis illis traditionibus, quas omnes parui faciebant, Christi dei filium asserebant, et deo aequalem, Sabbatum infringentem, manus non lauantes, pau cas uel nullas oblationes offerentes, orationes solenes priuatis et clanculariis ad deum desideriiis, postponentes. Sacerdotum et scribarum auctoritatem la befactantes etc. multa, quasi Lutherizantes. Existimaui falsa sententia excecatus, et ignorans omnes tales cum Christo illo suo iustissime eliminandos, occidendos, et eorum memoriam exterminandam, ne dum personas, hoc ipso arbitratus me obsequium prae stare deo etc.

370 Facile misericordiam dei consequamur, si ignoranter peccamus nisi affectemus ignorantiam, quae est peccatum in spiritum sanctum qui inspirat, cuius in spirationem ad bonum detestari, est in spiritum sanctum peccare. Sed per incredulitatem peccator potest habere excusationem, si studiosus quispiam et pius, ut erat Paulus, non intelligit aliquid de necessitate credendum ob defectum doctorum. Paulus autem Christum non uiderat, miracula ex auditu tantum didicerat. Et utriusque rumoris autores audierat hinc pontifices et scribas et Phariseos Christianorum

375

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.29]

et Christi aduersarios suscipiebat tanquam primores et ueritatis indagatores credebat simpliciter contra Christum. Hinc simplices, idiotas, humiles et doctrinam crucis despiciebat, et miraculis parum credebat, homo natura prudens et suspiciosus. Ideo incredulitas fere ei inuincibilis erat, et idco dei misericordiam suscepit ob ignorantiam et incredulitatem. Sed non sic de Pharisaeis aliis et pontificibus, qui Christum audierant, uiderant miracula, saebant quia a deo uenisset, quia nemo haec signa facere poterat, nisi deus fuisset cum eo.

380 Pecabat tamen, quia non apostolos audire curabat prophetas et Christi uerba et opera non componebat scrutando scripturas. Magnatorum iudicio magis quam simplicium sinceritati credebat.

385

Superabundauit autem gracia domini cum fide et dilectione, quae est per Chri

stum Iesum. Erasmus: Exuberauit autem supramodum gracia domini nostri cum fide et dilectione, quae est per Christum Iesum.

Ex mera autem dei misericordia, quae me praeordinauit ad suum obsequium, quam, quia peccator semper eram mereri non poteram, alioqui etiam gracia dici non possit. Sed elegerat me ad portandum

COMMEN. IN PRIOREM

[p.30]

nomen suum coram gentibus et eum sibi seruum de legarat: Contulit mihi eam fidem ac eam dilectionem, quam nullis meis studiis obtinere, sed per gratiam Christi Iesu suscipere poteram. Et ea in gradu magno, quia multum peccaueram, zelo nimio sine scientia dei uera et cum ignorantia excusabili penes Christum.

390

Supra modum autem gratia collata dicitur, quia sine praedicatione, et iam tunc spirante minas et caedes in discipulos. Et reuelatio tertiæ caeli et doctore Christo instituebatur. Et subito: Et imbuebatur spiritus sancto et replebatur, et ab illo omnia bona suscipiebat, tunc cum iam persequeretur Christum, ut Christi domini benignitas appareret magis.

Fide autem uera pariter implebatur per gradum quae sine dilectione esse non poterat. Operatur enim per dilectionem dum uiuit, et ideo magnafides in Paulo, magnam charitatem ostendit, et maxima charitas fecit eum plus omnibus laborare, et sollicitum esse de omnibus, sicut prius omnes uoluerat profligasse.

Gracia autem Christi non stat in aliis quae in fide et dilectione, non in operibus legis Mosaicae, nisi in fide et dilectione complerentur. Nullum enim opus praesente fide et dilectione displicet, sed non iusti

TIMOTHEI EPISTOLAM.

405 ficat, sed fides sola, et ea quae est in Christum qui est nostra iusticia et remissio peccatorum et legis

[p.31]

obseruatio. Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia christus Iesus uenit in mundum ut peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum.

Erasmus: Certus sermo et dignus quem modis omnibus amplectamur, Christus Iesus uenit in mundum, ut peccato res saluos faceret, quorum primus sum ego.

Fidelis sermo I Certissima traditio fidei nostrae et indubitabilis promissio dei, cuius fides Christianum facit et fidelem. Sermo quo nihil quidem certius dici potest, et credi utilius, et amplecti suauius et utilius.

410 Et omni acceptione dignus) Nihil optabilius mundo dici potest, euangelium plausibilibus annuntiari non potuit, cuius praedicatio omnium antiquissima statim primis parentibus et omnibus patriarchis promissa et credita et sperata fuit, cuius fide saluati sunt omnes, qui fidelissime crediderunt, et desiderantissime praestolabantur implendam quod nos dei misericordia gaudemus impletum.

COMMEN. IN PRIOREM

415 Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere Z Qui dudum in patriarchis et prophetis loquebatur, nunc dixit, assum, de sinu patris sponte obediens, et hunc mundum perditum dolens, misericordia motus redemptor aduenit in hunc tam miserabilem mundum errore, ignorantia infirmitate, malitiaque repletum per omnia. Fuit quidem semper omnia in omnibus, abfuit nulli creaturae, gubernauit et impleuit diuinitate sua mundum. Sed in hominis forma et ueritate nunquam in mundo prius apparuerat, nunc 420 uterum uirginis egressus in hunc mundum, uerus homo et deus pro homine certauit cum daemone quem deus uicit per hominem.

[p.32]

Peccatores saluos facere I Omnes peccatores reperiit, ideo omnes saluauit. Non iustos, qui uel sint uel se esse putent nemo saluatur, nisi peccati sui conscius, et humiliter

425 redemptorem desiderans, de seipso desperans, inscitiam suam ut est nihilifaciens, miseri
ricordiam petens et indulgentiam promittente credens.

Saluos facere IEst de peguto liberare, non quidem ne insit, donec uixerit, sed per
fidem et charita tem deo unire, amicum deo facere, peaata omnia non ad damnationem
imputari, conscientiae consolationem aertam tribueret de dei misericordia oertum

TIMOTHEI EPISTOLAM.

430 reddi, et pro totius mundi delictis deo patri satisfac re, infernum claudere credentibus, et
deo semp uiuere Euangelii haec breuissima summa, alta mente reponenda, et in spiritus
dulcedine semper ruminanda, simulque peaati magnitudo, quod tanti redempto ris
necessitatem induxit, ut iugiter magnificemus gra ciam dei, et culpam nostram.

435 Quorum primus ego sum I Ego sicut primus Christum dominum persecutus sum, et in
suis membris ocadi uoto et facto, et ecclesiam suam agerrime affixi, et primum martyrem
ocadi, sic primo omnium tantus inimicus Christi misericordiam et gratiam expertus
sum. Ego Christum blasphemaui, ipse me uas electionis, gentibus prae dicatorem
transmisit. Ego profligare cupiebam, ipse sectatorem fecit. Ocludere cu piebam, ipse me
propugnatores fidelium ordinauit Nomen odiebam quod nunc praedico et magnifico.
440 Iudaeos tuebar, quos nunc confundo et impugno. Omnia secus quam uolebam, a deo
miserante oesserunt, ut miraculum conuersionis meae clarius in dei gloriam eluoesoeret.

*Sed ideo misericordiam consequutus uel adeptus sum, ut in me primo ostenderet Christus
Iesus omnem patientiam et clementiam ad informationem eorum (ad*

COMMEN. IN PRIOREM

exprimendum exemplar his, qui credituri sunt illi in uitam aeternam.

Sanctos ideo sinit enormiter peccare, ut sanctiores, feruentiores, humiliores, fide et
fidutia firmiores exurgant, et de se nihil praesumant, omnia det misericordiae tribuant,
in qua sola sperent, affectuosi us pro peccato orent sibiipsis displiceant. Petrum et
445 Paulum doctores Christianorum peccare disposuit, ut cle mentiae suae speculum et
exemplar haberent omnes, non ad peaundum (ad quod natura impellit nimium) sed non
desperandum, ad fidendum, ad informationem nostram qui credituri eramus. Si enun
tanto perseca tort tanta benignitate indulsit crimina tanta, quid non miseri peccatores
speremus? Neminem itaque iud oemus de nullo desperemus, neminem abiiciamus pro
450 deplo rato. Non exigamus etiam in sanctis innocentiam per petuam, humilis peaator
gratior deo est, quam superbus sanctulus.

Consequimur misericor diam, non nostris uiribus, poeuentiis, operibus, sed gratuito
dei dono nos praeueniente sua gracia

Omnem patientiam I Id est, perfectam et absolutam ut maior em ex gere non possimus.
455 Non gra ueis iniungit poenitenetas, non dure uindict, sed ab soluit gratis, prioris uitae
conuersionem intungit, e

[p.33]

[p.34]

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.35]

uendationemque ut culpam agnoscamus, et pro ea humiliter ueniam postulemus, et firmiter obtinendam credamus.

460 In uitam aeternam J Referendum puto ad dei misericordiam, quae credentes quantumlibet pecutores per clementiam informat, et adducit in uitam aeternam, quam nullis nostris meritis promeremur, sed dei misericordiam ad credentes assequimur.

Regi autem saeculorum immortalis, inuisibili, soli deo, honor et gloria, in saecula saeculorum Amen.

465 Crebro memoriam habet Paulus maximae gratiae dei, sibi a Christo factae, qui post tam horribilem persecutionem Christo illatam, tantam rependit misericordiam, longanimitatem, patientiam, et affluentiam donorum spiritualium sibi, cum inimicus esset delatam, uocationemque mirabilem ad Apostolatam, et se exemplar datum peccatoribus fide in Christum saluandis, et qua memoria, iam nunc promissa per motus, gratitudine et admiratione tantae gratiae a deo susaeptae, exclamat, nec gratiam reddens, et beneficium agnoscens, dicit: Regi autem saeculorum immortalis etc.

470 Rex saeculorum omnipotens dicitur qui caelum et con tenta condidit oia, ac sapientiasua gubernat moderatur

COMMEN. IN PRIOREM 36

[p.36]

475 et regit, et in saecula omnia semper immutabilis perseuerat, ne solem, stellas, et caelos reges nostros credamus, sed qui haec omnia fecit in gloriam suam, quae suo nutu subduntur, et obediunt, in cuius manu sunt non solum corda, sed animae uoluntates et uita regum, qui sine eo nec momentum uiuunt nec possunt uel minimum, et hoc per saecula omnia.

Saeculum) Saeculum spatium humanae uitae, communiter centum anni et saepe quinquaginta. Item anni restantes ad quinquagesimum Iubilei, etiam si pauci sint. Hic saeculum ampiendum est longaeuitas omnium uiuentium.

480 Creator itaque rex noster est, semper uiuens quantumlibet se uicissim hominum generationes et centenarii, nos ut aqua dilabimur, ipse fluuius iugiter perseuerans. Nos temporarii, ipse aeternus, sine initio et fine, immobilis, perseuerans, dat cuncta moueri.

485 Immortalis) Immortalis qui dat omnibus uitam in quo uiuimus mouemur et sumus, non ut dii falsi, qui homines mortales fuerunt. Qui nihil perdere potest, semper immutabilis, semper perfectus, sum mum bonum, et ideo sine summo malo salioet morte uel nihilo corruptione. Neque in Christo diuinitas mor tua sed tantum caro, de patre ac diuinitate loquitur.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.37]

490 Inuisibili) Patrem nemo uidit unquam, nemo ul det et uiuet, nedum oculis, sed nec intellectum qualis sit et quantus aliqua intelligit creatura, etiam angelica, sed filius qui est in sinu patris, ipse uidet, nouit, comprehendit, reuelat. Si uult uidetur, agnoscitur, non

naturale speculum, sed uoluntarium, tamen a nemine perfecte uidetur, imo ne unquam alicui uifus est pater. Omnia agit pater per filium, per quem fecit et saecula, deus semper uisibilis, uerbo suo omnia administrat, potestas Christo data est omnis, in caelo et in terra, dei filio.

495 Soli deo honor et gloria) A quo omne bonum ideo ei honor, bonitas, testimonium. Si regi honorem dependimus, non regi, sed deo cuius ipse minister est et dona regia accepit. Sic pro sanctitate, uirtute, sapientia, honor omnis deo debetur, qui solus haec omnia donat, ut non tam illa quam deus in illis honoretur. Alioqui creaturae tribuentes, quod
500 dei solius est idololatriam committimus, ut hodie uideamus honorari sanctos, a quibus petimus, quae solus deus donare potest, et deo proprium illis communicamus. Soli deo omnis honor, a quo omne bonum.

Soli deo) Non excluditur Filius et Spiritus sanctus, quin et illi sunt unus cum patre, immortalis, et inuisibilis, sed pater omnium perfectionum

COMMEN. IN PRIOREM

diuinarum, fons est et origo emanationum, et ipsius denique deitatis, quae licet eadem sit
505 in tribus, sed non eodem modo habenda, quod omnia a patre sint, et ipse ab alio nihil habeat uel sit.

Gloria I Recognitio et attributio omnis boni, deo gloria est, et quod dominus uniuersorum ipse sit cuius bonitas relucet in omnibus rebus, qui ab omni creatura colendus sit, et omnia optime moderetur cui omnia seruiunt, haec omnia dei gloria sunt, clara
510 infinitae bonitatis agnitio.

In saecula saeculorum Amen Id est sine fine et initio aeternaliter Amen J Attestatio fidei omnium quae dicta sunt, maxime proxime dictorum de diuinitatis excellentia.

Hoc praeceptum commendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias quae de te praecesserunt, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam.

Vt intelligas fili Timothee, quid maxime te facere uelim, et quid te facere debeat ob prophetias quae de te ab aliquibus praeuisae sunt, quia futurus esses deo dignus, episcopus
515 et sanctissimus huiusmodi admonitione id officii iniunctum tibi est a me, nunc tibi commendo praeceptum, non quod ego impono, sed a spiritu Christi et dei uerbo tibi iniungitur, commendo inquam tibi et commonefacio istius praecepti, ut memineris sollicitus militi

TIMOTHEI EPISTOLAM.

ad eum bonam militiam contra infideles, pseudoapostolos, criminosos Christianos, et
520 falsos sacerdotes, eos maxime superando et uincendo uera fide Christi et bona conscientia. Intelligimus Timotheum fuisse optimae famae et sanctae conuersationis, et eruditum in sacris literis, de quo sancti Christiani prophetauerunt eum futurum idoneum episcopum Et id forsitan Paulus in spiritu praecognouit et dei reuelatione communitus cum Luca euangelicum episcopum ordinauit. Erant in Ephesum tunc aduersarii euangelicae doctrinae uariae
525 conditionis gentes scilicet, pro Diana sua ob quaestum zelantes, iuxta daem Paulum et eius

[p.38]

[p.39]

sociis et dogmatibus exitium medi tantes, pseud oapstoli legem Mosi eum euangelio seruan dum docentes, falsi fratres, qui infirma fidelium traducebant, et persecutiones eis suscitabant et inordinate uiuebant et scandalose. Hos non poterat Timothe us aliis debellare armis quamfide et conscientia: de bebat enim fortissime uerbis doctrinae
 530 promisis et praeceptis constanterque ; adhaerere, et se contra aduersarios uerbo ueritatis et animi fortitudine, et fide firma fiducialiter defendere sine trepidatione. Consentia sua sibi testante immaculatam et religiosam conuersationem coram omni ecclesia, eum audacem reddere deberet ad animose et fiducialiter agendum auctoritate apostolatus sui, et Spiritus sancti. quo perfusus erat, ille uel illis aduersariis potestatibus, doctrina et moribus

COMMEN. IN PRIOREM

535 commissam sibi ab Apostolo ecclesiam peruertere, et corrumpere, et inquietare uolentibus, uel pesti lenti exemplo, uel falsa doctrina, uel insidiosa delatione. [p.40]

Quam quidam repellentes circa fidem naufragium fecerunt. Ex quibus est Hymeneus et Alexander quos tradidi Sathanae, ut discant non maledicere.

Erasmus: Qua repulsa, nonnulli circa fidem naufragium fecerunt, quorum de numero est Hymeneus et Alexander, quos tradidi satanae, ut discant non maledicere.

Erant qui contra conscientiam et agnitam ueritatem Apostolum traducebant, obloquebantur, mendacia in eum fingebant, et fidem semel susceptam abiudebant Hymeneus et Alexander, et qui uerbis Apostoli pertinaciter refutabant suscitauerunt seditiones contra Paulum.
 540 Iudaeus erat genere, et a fide apostata, et persecutor Pauli subdolanus, non tamen semper manifestus a quo et Paulus commonet Timotheum ut sibi aueat ne nihil fidat, in Secunda epistola et Lucasus Actuum.

Quos tradidi Sathanae) Excommunicatur, et cieat a coelu fidelium, ut sibi boni ab eo auerent, et

TIMOTHEI EPISTOLAM.

545 non inficerentur, ideo prodidit eius malitias et ecclesiae patefecit, et is resipisceret, et illi sibi prospicerent. Sic olim excommunicatio in usu erat, sic publicorum facinorum prolatio et exhomologesis in aedificationem et pacem ecclesiae, utinam denuo hae consuetudines resumerentur. [p.41]

CAPVT II.

Adhortor igitur uos, ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.

Igitur cum necessitate habere militare militiam periculosam cum fide et conscientia opus sit, ut malis imminentibus undique fortiter occurrere possis, et agere officium Spiritu sancto te uocante commissum, quae sine dei gracia et uirtute, nec a te, nec ab aliquo praelato haberi possunt.

5 Adhortor) Non impero, non urgeo, importunus ut dominus, sed ut fidelis pater cohortor filium quem scito pro affectu sincero, et filii amore non minus complexaturum hortamentum, quam feruus imperium. Non enim praeceptum patris filius expectare debet, sed nutui solo insinuasse beneplacitum filio tantum suffecerit, ut protinus sedulo perficiat, quod patrem optare crediderit. Sic non mandatis,

COMMEN. IN PRIOREM

10 imperiis, iussionibus in rebus dei agendis, nec Christus, nec Apostoli id egerunt, sed admonitionibus, orationibus, consiliis, adhortationibus suis profecerunt, ut nihil mandauerint, nisi quae pro charitate seruanda proponebant. [p.42]

Vt ante omnia fiant orationes) Cum sanctum et deo aoeptum nihil prorsus ualeamus nostris fieri uiribus sine auxilio dei, nec uerba, nec opera, nec exempla nec sollicitudo aliqua nostra prosit quicquam, necesse erit ante omnia nostra conamina deum implorare, eius ad iutorium petere, et asistentiam, ut ipse bonum inspiret, desiderari faciat, et perfici aliunde enim non obtinebimus.

15 Deprecationes) Orationes sunt ad deum, quibus aduersa quae meruimus peccatis nostris per dei misericordiam amoueri precamur, iram scilicet dei et iustam poenam, et angustias conscientiae, spiritus scilicet et corporis incommoda, tentationes periculosas, et casus peccatorum.

20 Obsecrationes) Quibus per omnia sacra et deo grata consequi desideramus dona dei, nobis necessaria, spiritualia imprimis et corporalia, ut quod nostris meritis non possumus obtinere, eius nobis gratiam et Christi passione et meritis intercedentibus a domino postulemus concedi in gloriam dei.

25 Interpellationes) Cum unus pro alterius necessitate

TIMOTHEI EPISTOLAM.

ex charitate sollicitus intercedit et pro fratre orat, ut uel aduersa amouentur, uel optabilia consequamur, cum pro inuicem oramus ut saluemur. Graciarum ac.) Cum pro aoeptis beneficiis deum laudamus, et omnia ei accepta reddimus, et a nobisipsis nihil nos habuisse uel potuisse fatemur, nos uicissim suae uoluntati offerimus et beneplacito suo per omnia subici desideramus, hoc est enim eucharistiae uerum et christianiss, sacrificium laudis, 30 sc. et confessionis et gratia Pro om. INon solum amicis fidelibus, (rum actionis. iustis, familiaribus, nobis ipsis, benefactoribus, sed omnium maxime magis indigent dei magna misericordia, ut sunt inimici nostri, ut caritatem acapiant christianam, infideles, 35 Iudaei, haeretici, ut respectu dei, lumine uerae fidei et ueritatis illustrentur et credant deo, iniusti et impii ut respiscant. Ignoti nobis ut domino miserante quilibet suis peccatis liberetur. Nihil unquam interorandum discriminis occurrat, quo minus affectuose pro uno genere hominum oremus quam pro alio uel excludere aliquos praesumamus uel frigidius intendere. Non etiam ob beneficia tantum oremus, nostrum commodum, sed ex sola 40 fraterna charitate ad orandum pmoueamur. Et quam id domino placere credimus, similia ab aliis desiderantes. Non dicit pro animabus, sed hominibus: animae enim nobis proximae non sunt, sed deo: uiui nobis commendantur, mortui deo. Nos contra ob quaestum cleri.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.44]

Pro regibus et omnibus in eminentia constitutis, ut placidam, ac quietam uitam degamus, in omni pietate et honestate.

45 Reges Apostoli tempore infideles erant et fidelibus aduersarii sed tamen pro eis orari uoluit: imo tanto magis, quanto respectus dei magis eis pro regimine nostro necessarius ut boni fiant, ut tractabiles, ut mansuete ac benigne regant, ut sustinere possimus, ut cor eorum e domno regatur, ut tranquillius regamur ab eis, ut sapientia praestetur illis et clementia, et ante omnia timor dei et amor iusticiae.

50 Et omnibus qui in sublimitate consuluti sunt) Et coniunctio crebro expositiue accipienda. Regibus, id est, sublimibus: reges enim omnes sunt, qui in magistratu aliquo consuntuantur ut praesint et regant, moderentur. Constituti autem non ab alio, quam a deo. Omnis enim potestas a deo. Etiam mala propter peccata populi, et dei imminens iudicium, etiam mali confutuuntur, ut per cos sua deus iudicia exequitur. Dabo tibi regem in furore meo. Effoeminati erunt principes eorum, et c. Maximam poenam de precabimur, si bonum principem orationibus promerebimur propter peccata populi.

55 Sublimitas est regere subiectos iuxta stilum Spiritus sancti et a deo ordinata, non ut honorentur, sed ut

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.45]

onerentur sollicitudine maiori prodesse cupientes eis quibus ut seruiant a deo dati sunt. Reges gentium dominantur et benefici dicuntur. Non sic reges fidelium, hi sciunt sese tanto modestores esse debere, quanto sunt multorum commodis destinati et obsequio charitatis deuincti. Debetur eis honor, reuerentia, timor et obedientia, et sustentari a subiectis. Ipsi uicissim debent amorem, curam, tutelam, instructionem, consolationem, regmen, coertionem a malis ac poenam discolis.

65 Constituti) Non negligenter ol mittendum. Non sibi ipsis, prece precio, et inconstantia, sublimitas, et regimen ambienda, sed constitui debent ab aliis, nihil nisi subditorum bonum respicientibus, et non sine consensu eorum, ut non tam seruitus, quam administratio regiminis habeatur.

70 Vt placidam et quietam uitam agamus) Anniti omni studio debent reges, ut populus beneuolenter et cum gaudio, non ex trifticia obediant, sed placite optemperet ex sincero affectu, et sine murmure et dispicientia, si posset fieri sine uiolentia, ut sint omnia sine tumultu, uiolentia, odio, seditione, rebellionem, sed Christiana pace conuersentur, ut fratres, et domestici et discipuli Christi pacifici, modesti, mensueti et humiles. Haec est enim uita filicissima, planeque bea

COMMEN. IN PRIOREM

[p.46]

ta et Chriftiana.

75 Cum omni pietate et castitate) Melius honestate, faciunt haec duo perfectam quietem si deum nostrum colamus fide, spe, et charitate, ut totos nos ei committamus, ut patri et omnia quae occurrunt patris prouidentia et pietate euenire certo credamus, tunc enim

murmm aomms minquam, temere non iudicabimus, sed ut sunt omnia, optima cordis
paoe ut patris beneficia amplectamur.

80 Honestas denique in conuersatione ad Christum et morum omnium castitas et temperantia, nos commendabit fratribus, cauebit offensam et inimicitias et perpetuam tranquillitatem fouebit et amicitiam quae inter inhonestos et leues constare non potest diu.

Hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire.

85 Quieta conuersatio nostra et tranquillitas simplicis obedientiae regibus etiam ethnicis exhibenda, bonum, est nobis, ut careamus dominantium molestia, ut non grassentur, non magis opprimant, non irriterentur contra nos, et contra euangelicam doctrinam, non schandalizentur in moribus, ne ansam rapiant mouendi persecutiones, blasphemandi

TIMOTHEI EPISTOLAM.

nomen Christi, tyrannidisque.

[p.47]

90 Cedet in gloriam magnam religionis nostrae, imo et domini dei nostri, qui per filium salualiit nos, si pacifice, mansuete et sedulo dominis obsequemur, subiecti omnibus in timore dei, monstrantes optimi optimas leges scriptas in cordibus nostris. Et ex bonis operibus nos considerantes, glorifiemat deum dum aliquando respectu misericordiae a deo fuerint uisitati, et ad cor et pium religiosu perducti, dominuque ; deum nostrum ex fidelum religione cognouerint, nobiscumque uenerari ceperint, ora ionibus nostris domino commendari

95 Omne is hom.) Est enim dominus deus summae bonus et nihil odit eorum quae condidit, neminemque uult perire, adest gratia sua omnibus, ut ueniant ad agnitionem ueritatis, quam per propheticas et euangelicas ac apostolicas fecit communem omnibus. uidetur hic denuo coniunctio et, expositiue sumi. Saluos uult fieri et ad agnitionem ueritatis uenire, ut nihil sit aliud agnoscere ueritatem quam saluum fieri. Etiam uult
100 omnes saluos fieri quia uocauit omnes, annunciatur omnibus Christus, pro omnibus mortuus est, omnes ad se trahit, pro oibus tradidit semetipsum. contemptores autem dei et negatores non computentur inter omnia, sed redigentur in nihilum, si sermo incidat quare non omnes beatitudinem assequantur qui sunt redempti, del allegabitur uo

COMMEN. IN PRIOREM

105 luntas, quae regula est iusticiae, et cuius non est quaerenda ratio, homines sumus, ipse deus nihil nobis debet, uoluntate signi et antecedenti uult omnes saluari dicunt scholastici.

[p.48]

Agnitio ueritatis) Id est, Christi qui ueritas est, qui euangelium praedicauit, qui fidem salutis portum statuit et iusticiae, lux mundi qui illuminat omnem hominem ueritatis scientiae muelles et mendatium. Christum scire sanctorum est, stultus fiat in hoc mundo sit ut sapiens et saluus.

Vnus enim deus, unus etiam conciliator uel mediator dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.

110 Hic Apostolus summam Christianae fidei et ueritatis proponit, cuius solius agurit jiluos facit, omneis homines, qui scilicet agnoscunt, non fimplici notitia, sed potius sapientia, qui sic nouerint, ut sapiant etiam quam suauis sit dominus, hunc ergo tenorem fidei et regulam discutiamus.

115 Vnus esse deus agnoscitur, cum praeter eum nihil aliud summum bonum desideratur, colitur, amatur, antefertur, confertur, nihil. Non uenter, non caro, et sanguis, aurum, honos, laus, et totus hic mundus Omnia haec postponuntur, non uerbo et lingua, sed

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.49]

corde et sensu, dum unum illud semper intendimus et attendimus, et propter eum omnia agimus Non circa plurima ocupamur et distrahimur, hoc est uere agnoscere unum deum, praeter eum nihil desiderare quod non propter eum.

120 Vnus concliator) Secundus articulus fidei, credere et sare Christum esse unicum mediatorem, quem statuit pater noster inter se et nos, ut cum essemus pecutores et a deo proiecti et inimia per Christum reconciliamur. Hic includitur esse omnes homines peautores dei aduersarios et inimicos, deum etiam offensum omnibus, et abiecsse damnassequ ; in primo Adam et sola Christi gratia conciliatos. Et non id solum, 125 sed et filiationis et haereditationis aoeepisse et in Christo omnia bona, ut nostra sint, quae fratris nostri sunt Vnus autem non multi mediatores uel conciliatores, unus enim Christus, unus saluator, non ergo praeter eum interponendi sunt alii, quantumlibet sancti omnes enim peccatores sunt, et eguerunt, imo egent gracia dei. Solus Christus suapte dignitate et suis meritis, non ex gracia concliat nos patri. Omnia enim pater dedit in manus 130 filio. Et eum currendum quoties urgemur, fons est pictatis, non estut eum promereamur, sanctorum interoessionibus, benignior nobis est, quam omnes sancti. Solus pro nobis

COMMEN. IN PRIOREM

[p.50]

mortuus est. Et nos toties inuitat, pulsat, expectat hortatur allicit, rogat et cogit aliquando. Venite ait ad me omneis qui laboratis et onerati estis, etc. Venite edite absque argento et caet. Audit nos senper, adest, intendit singulis, quasi non sui essent omnes, non 135 distrahitur multitudine saluandorum, omnia nouit melius nobis, scit quibus indigeamus, praecepit ut in solo suo nomine precaremur, honorem hunc suum alteri non defert, nec patitur communem.

Homo Christus Iesus) Mirum quomodo dubitauerint hominem Christum fuisse quida haeticorum qui hic simpliciter homo dicitur: caro enim et frater noster temptatus 140 per omnia absque peccato Et pro nobis hominem nouissimum se exhibuit et uermem, ut hominem perditum redimeret. Et primogenitus ex multis fratribus chirographum peccati deleret per crucem mortuus uere ut homo esset, qui pro homine satisfecit Christus Iesus unctione sua consecrans gentes et passione saluans Iudaeos, faciens utraque unum redemptorem.

145 Qui dedit semetipsum) Obtulit in remissionem omnium peccatorum seipsum sacrificium perfectum et maximum, et omnium praecedentium sacrificiorum scopum et finem

pro captiuis nobis commutationem sufficientissimam. Non raptus est inuitus, sed sua sponte obediuit Semetipsum obtulit precium deo patri pro salute hu

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.51]

150 mani generis et reconciliatione perfecta cum inimici essemus, et ita inimici, ut etiam
eum nos ipsi crucifixerimus, homines scilicet pro quibus se precium obtulit. sicut et nos
in Adam peauimus. Nec dicamus non esse nos posteros Iudaeorum qui hodie quoq simile
facimus non refugeremus simili occasione permoti, qua Iudaeorum primores, quibus
meliores paucos habemus quin et iterum aerbis eum crucifigimus uitis nostris.

155 Pro omnibus) Dedit se pro omnibus. Nemo nisi nolens saluari relinquitur. Suffecit,
satisfecit deo patri pro omnibus, nihil obmisit de suo, quo minus omnes redimi possint.
Excusatio nulla restat nobis qui scimus, quid uel facere, uel desiderare, uel obmissa dolere,
uel non indolentia deprecari, et humiliter agnoscere debeamus, et pro fide habemus
et charitate deum orare, quis haec se non posse uero fatebitur? Ad huius ueritatis
160 agnitionem siquis illuminante deo peruenerit ut credat et agnoscat certa fide unum suum
deum, et conciliatorem unicum dei et hominum, hominem Christum Iesum, et qui ipse
seipsum dedit ex maxima gracia redemptionis precium pro omnibus credentibus sine
dubio saluabitur et perfectus fidelis et Christia nus coram deo et Christo suo reputabitur,
quae ei fides reputabitur ad iusticiam ut Abraae, et est totius noui testam, et euangelicae
doctrinae conclusio et summa.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.52]

*Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quod positus sum ego praedicator
et apostolus. Veritatem dico non mentior. Doctor gentium in fide et ueritate.*

[p.53]

165 Erasmus Graece legit: Testimonium temporibus suis in quod positus sum ego praedi-
cator etc. quod intelligo sic: Adhoc Christus ueniens se tradidit pro nobis patri, ut id
suo tempore testaretur toti orbi, omnibus hominibus redemptis, ut id omnes credant,
et credendo saluentur. Noluit enim otcultum quod tot sacrificiorum figuris in ueteri
testamento toties uoluit esse testatum, et in figuris representatum. Quin et ego Paulus ad
170 hoc nostrae redemptionis euangelium praedicandum, ab eodem Christo domino positus
sum segregatus et electus post alios, ut toto orbe gentibus haec praedicem annunciarer
hanc dei stupendam graclam. Nuncius nupus a Christo et apostolus, licet cum Christo
non uixerim, tamen ex misericordia sua, ex persecutore blasphemio me conuertit in
Apostolum et ueritatis doctorem ad omnes genteis.

175 Veritatem dico non mentior) Celebris est fama insantiae meae cumspirans minarum
et caedis in disapulos, subito in multorum comitiua e caelo uoca

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.54]

180 tus sum, et a Christo conuersus, postea denique cum Barnaba a spiritu sancto segregatus
in genteis, attestatione non modica miraculorum, et prosctu praedicationis maximo a
Iudaea per Asiam et usque ad Illyricum repleui omnia euangelio Christi. Non potest
esse dubia apostolatus mei uocatio, et quod Christus me gentium doctorem dedit,

testantur signa apostolatus mei, qualem et me gessi fideliter in gloriam Chrifiti, non meum compendium aliquod temporale, nihilque admiscendo doctrinae quam in me Christus non fuerit loquutus. Et ueritate, sine omni hypocrisi et figmento, dextre et plana ueraciter, ut acepi a domino omnes tradidi.

185 Praedicator fuit Paulus euangelii, nullius alterius doctrinae. Iurat modestissime, quod notorium esset, et non poterat negari. Doctorem se nominat, non in uniuersitate promotus: non enim utiiceran Aristotelem et parua logicalia, sed spiritu sancto permotus docebat sine intermissione, uerbo et exemplo, non tam nomine doctor, quam officio et assiduo studio docendi, sicut Origines, Augustinus, et Gregorius.

Volo autem uiros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira et disceptatione.

190 Ante omnia orandum docuerat superius pro o

COMMEN. IN PRIOREM

mnibus, quatenus tranquille uiuere possent, et ut ad agnitionem ueritatis omnes peruenirent saluandi. Nunc uiros et mulieres instruit, quomodo orandum de aliis necessariis incidenter, foeminarum mores instituendo, uiros primum.

[p.55]

195 Volo uiros orare in omni loco) Nondum amplissima templa erant sufficiebat locus pro familia, longo tempore in cryptis praedicatum, ubicumque ecclesia erat, duo aut tres ubi locus orationis erat et praedicationis. In cubilibus, in agro, in nauis, in montibus, syluis, ubique orationis locus, quia ubique dominus, ubique templum dei quod sumus nos, ubique cor fidele et deuotum Id Christus docuit: Cum inquit oraueris intra cubiculum et ora patrem in abscondito. Hodie asueuerunt multi, ut non nisi in ecclesia orare ualeant, et exaudiri credant, si tamen orant uere, et non potius multa sensuum et mentis distractione numerent potius uerba, quam corde, affectuque et feruore leuentur in deum, et in frugilitatum suarum defectus et miserias, quarum eonsideratione oratio promoueri debet. In omni inquit loco. Consecratus est homo et mundus totus orationi non templo Hierosolymis, sed in spiritu et ueritate orandum, id quod docuit dominus, et quae se
205 exauditurum promisit. Caetera sunt dei prouidentiae et benignitati committenda.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

Leuantes puras manus) Non lotas Pharisaeorum more sed puras a sanguine proximorum, a foedis, libidinosisque contractibus, et a munere et usura, ab omni malo opere. Non uult Paulus more Pharisaeo manus extendi, sed more desiderantium leuare ex affectu petitiones. Non obsunt omnes cerimonae, malta projant, jeu non mate, et quae uel mentis distractionem, uel hypocrisim mouere possint.

[p.56]

210 Sine ira et disceptatione) Docet nihil a deo postulandum obtinere, nisi prius proximo conciliatus Christiana charitate fueris. Solet animum uirorum ira occupare sicut superbia mulieres, et incontinentia. Ira autem charitati maxime contraria et inimica, orationi locum praecludit omnino. Et nisi proata reconciliatus paupium se oraturum nemo ignoret.
215 Non uult ignoscere, nec pietatis dona largiri, nisi peccantibus in nos, ante indulserimus, nisi fratri offensa remiserimus et ut nos dilexerimus.

Similiter et mulieres in habitu ornato (amictu modesto) cum uerecundia et sobrietate (castitate) ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste preciosa, sed quod

COMMEN. IN PRIOREM

deceat mulieres, promittentes (profitentes) pietatem per bona opera.

[p.57]

Mulieres post uiros docet Apostolus ne superbiant de forma, amictu, moribus et ornatu, id quod agnatum solet mulieribus uitium, etiam alioqui optime licet sint castae et prudentes, sed animum superbia et speciei corporis et ornatui praeampere uix possunt. Admittit
220 ut habitu ornato sint, non foedo amictu et immundo, quo abhominatio maritis sint et adulterii occasio. Sed modesto amictu, ut deceat castas, uere cundas et minime irritatrices, munda, eleganter, et honeste uestiantur, hoc est, ne nuditate et superfluo ornatu uestium, et exquisita subtilitate et curiositate meretricibus assimilentur, aparantque ; affectu placendi, in plateis uestiri id enim Christianas non deceat, nec maritis placere potest, nec
225 debet. Ornentur autem legitimis monilibus, uerecundia scilicet, et sobrietate, ex uultu, oculis, incessu, uerbis, ostendendo inuitas se offerri uirorum aspectibus, et ab aliquo desiderari in malum. Nullae semper contegi, et egre uidere uiros, multo molestius uideri. Etiam ad mari tum uerecundiam non postponant semper et ubique Gratosissimum enim

230 Sobrietate) Ne uinolentia et crapula notetur

TIMOTHEI EPISTOLAM.

ali quatenus quae lubricitatis et libidinis testes certif sunt, uenter et genitalia proxime cito
spumant et caetera impedimenta praebent foetibus optatissimis generandis. Insipientiae
et garrulitatis uitia semenafferunt, mendatii et litium matres, et nihil secreti seruare
possint, seminaria malorum.

[p.58]

235 Castitate) Castitas sobrietate nascitur, et sunt sorores, ut Icliltet, jini foenane comtime e castae, temperantes libidines et desideria sua inhonesta ne effluent.

Ornantes se non in tortis crinibus) Non compositilone tapiuorant, O morpuea, auri et argenti, ac adulterino colore et cerussa, fucoque peregrino. Iniuriam non faciant formae naturali, sed animi pulchritudine uirtuteque ornentur.

240 Nec auro aut margaritis I Non onerent maritos impensis, colligant potius pro haeredibus, uel subueniant indigentibus in opera misericordia. Super a naturali non addant fomenta, non certare mutuum mulieres, nisi modestia et maturitate et sapientia. Stultum est margaritis uti, aurum expendendum potius in pauperes.

245 Vel ueste preciosa) Veste non uestibus, quod superfluae Christianos dedecant, et excusari non possint. Non ad luxum sint, sed ad necessitatem. Vnica

COMMEN. IN PRIOREM

quidem non sufficit, sed superfluitas non licet. Pretiositas intollerabilis, scandalizat, irritat, zelum et scquelam suscitatur, opprimit mareum, difficile praecauetur tineis, et non sine sollicitudine et negotio.

[p.59]

250 Sed quod decet mulieres, profitentes pictatem) Propensiore natura ipsas fecit ad dei
cultum, ad cercomnias multas et superfluas. Hanc discunt non esse pietatem, frequentare
ecclesias, gestare oratoria, uel mussitare preculas, cantus mirari et organa, aspicere
picturas et inclinari, cereos incendere, aquas spargere: haec qui dem pietatis signa esse
deberent, sed minime sunt pietas, sed prorsus in abusum uersa sunt omnia. Pietatem
255 profiteantur recordatione peautorum, suspiriis pro gracia et indulgentia et emendatione
et sancto proposito, audire attentissime uerba dei, meditari, et ruminare audita, ut liberis
postea domi recenseant. Orationes breues et feruidas. Non multas, non toties repetitas,
et ex more pro numero praefixo, non quantitatem precum, sed qualitatem deus exigit.
Monetam probatam charitate, non loquacitate. Domi oret, familiae prospiciat, marito ob
sequatur et auxilietur. Caueat a girouago aspectu, lumen seruet operi et tenebris. Fides
260 sine aquarum aspersione suffecerit, et pro istis omnibus exerceat.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

Bonaopera) Ministret liberis, marito, familiae uicinis, pauperibus, pregnantibus, puer- [p.60]
peribus, infirmis, domui, lauando, ornando, purgando. Et omnia haec in fide agendo,
certae sint, quia deo plaecant. Et sint ipsissimae charitatas officia et opera a deo impofita,
et oueuemiae janctae optimi fructus. Si uacet lectioni incumbant, et pueris itidem
265 doceant, moneant, corrigant et caetera, haec uera pietas.

*Mulier in silentio discat, cum omni subiiectione. Docere autem mulieri non permitto,
neque dominari in uirum, sed esse in silentio.*

Viris quidem permittitur ut in coetu quae de auditis non intelligit, a presbyteris inquirat,
et si quid ei spiritus reuelet loquatur cum modestia, et sine disoeptatione. Non prohibetur
a uerbo ueritatis proponendo uir scripturas intelligens, qualescumque . Voluitut passim
quini et seni pariter prophetarent, etiam in ecclesia cantum et organa et psallentium
270 mores et assiduum studium non docuit, in cordibus psallere et spiritualibus hymnis
domino canere mente non spiritu Christianos omneis docet. Mulieres uero in ecclesia
sileant, domi uiros interrogent, siquid discendum fuerit, et in silentio, ne sensu abundant,
et litigent uerbis et sensu proprio.

COMMEN. IN PRIOREM

Doere autem mulieri non permitto) Non audeo adiicere, in coetu uirorum, sic ut liceat [p.61]
275 eis in ecclesia foeminarum: sensu enim infirmae sunt et instabiles. Viros presbyteros,
senes habeant, a quibus foeminarum congregatio instruat publicae. Nemo uero negauerit
aliquot pariter conferre posse de auditis et lectis, ac legere scripta sancta in publico, sic,
ut intelligant. Verum sine intellectu, orare, legere, canere, psallere, opus est sine omni
utilitate et maxima temporis iactura, solaignorantia et pigritia monachorum introduxit
280 haec omnia. Olim doctae erant moniales et seruire hoc poterant, deuotioni. Hodie non
tam obedientia excusat, quam dementia culpat. Quid enim inutilius potuerit institui, quid
stultius ex cogitari, quam ut tantum temporis expendant in uerbis nihil significantibus,
et reliquum tempus ab operi illius fatigatione, otio, et remissione, deperdi, ut omne

285 carum tempus longe quam somnium sit eis in fructuosius etc. Vt autem docere non permittuntur ita doceri iubentur, ut Christianae sint, et dei uerbum ignorent minime. Hic maior querela locum habet.

Nec dominari in uirum) Foedum esset marito superbiae fomentum, contemptus uiri. Monere potest, rogare blandiri, sed esse in silentio, parce loqui et breuiter, et cum reuerentia et timore, illico admo

TIMOTHEI EPISTOLAM. 61

290 nita tacere, taceat. Irato marito non respondeat, tempus captet oportunius. Semel et non crebro repetat. Lingua mulierum diligentius moderanda, natura propensiores sint ad cauillationes. Non etiam Circumcursari in aedes alienas, non morari in plateis Non foris plurimos miscere sermones, domi agant in silentio.

Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Adam non rust deceptus, sed mulier seducta, obnoxia facta est praeuaricationi.

295 Ne quo pacto superbiendi ansa mulier sibi uendict donanandi in uirum, admonet Apostolus meminerit originis suae, quam a uiro sumpta aoeepit, qui primo conditus erat a deo. Natura denique perfectior et absolutior et sapientia clarior, et ad seductio nem cautior ac fortior, quo sopore merso, e costa formata est Eua, ut unum corpus et os ue uno corpore amoris uinculo arctius constringerentur, primus tempere et uirtute, Eua posterior quoque . Ideo duci, instrui, parere, sequi debet et se agnoscere dei ordinatione subiectam.

300 Adam non fuit deceptus) A serpente non audente eum aggredi, sine dubio uincendo. Non fefellisset mendatio tam impudentissimo. Non ambiuisset

COMMEN. IN PRIOREM

excellentiam, non colloquium tulisset, nisi in gratiam mulieris, consortis, amicae, cui cum haec placere uideret, Adam, delitias suas contristare non poterat, sed acquieuit roganti mulieri attendens, praecepti oblitus et parum curius.

305 Mulier seducta, obnoxia facta est praeuaricationi) Seducta mendaciis, inuidia, dolo, blasphemia diaboli et permissione, dispensationeque diuina. Nondum iusta, sed iusticiae originem nacta, qua proficere debuisset et progredi, gracia dei praesente, et praecepto accepto retrocessit, transgressa mandatum et uerbis dei non credens, sed primo infidelitatis peccato superata, superbia, auaritia, gu'a et luxuria decepta fuit, et uiro insuper insidiata
310 blanditiis et instantia traxit in praeuaricationem, ut pariter cum ea coeperit dubitare si uero haec deus praedixerit, mortem scilicet imminere, qua post gustum uideret superuiuentem, ut ipse pearet, cui semel seductrix facta, post hac directricis et doctoris munus par nun quam fuerit, uel aequum praestare, uel praesumere. Semel tam pernitiosae suasioni consentiens Adam, merito suspectam habuit omnem mulieris informationem. Et ipsa
315 experimento sumptae fragilitatis et insipientiae cum perfecta esset, nunc bis misera, et admonita sui praesumere doctrinam non audeat solidae ueritatis

[p.62]

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.63]

Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate.

Sub dita quidem sit uiro mulier, et humiliter segerat inter uiros et in ecclesia, agnoscatque mentis imbecillitatem et inconstantiam, ut sibi docendi munus in ecclesia non arroget: uerum non a uiris contemnenda est, quam per generationem liberorum beatam fecit dei munificentia, et insigni munere illustrauit. Quid enim admirabilius in rerum natura generatur, quam in utero foeminae, non tantum corpus humanum, sed et anima creando infunditur, cuius generationis, nutritionis et educationis pariter et instructionis officium contulit deus in mulierem, et in cunabula pietatis tradendae et perfectus commisit matribus ut et lacte pascant. So lido cibo a uiris nutriantur, et in fide et sacris dogmatibus perfecto: audiant et sequantur. Curet igitur liberorum mater, ut in ea quam a teneris unguiculis a se fide[m] et dilectionem dei imbiberunt filii, in eis permaneant, iugiter inculcando fidem et timorem dei, ut sancti sint moribus ab omni contagione criminum sibi perpetuo cauentes, carni et sanguini non indulgentes et dei mandata quibus eos mater pueros edocuit semper memoria cogitantes: sancti sint et permaneant corpore et spiritu. Sobrietatem in primis curantes, ut cibo et potu

COMMEN. IN PRIOREM

[p.64]

somno, otio, lusibus, lenociniis, indulgentia, sodalitate, caueant incumbere, sed potius inculcare studeant matres filiis, quos deo genuerint et proximis, fidem dilectionem, sanctimoniam, pudicitiam, sobrietatem.

CAPVT III.

Fidelis sermo.

Quae tibi filio meo dilecto ducenda ad populum scribo, ut Christi apostolus et tibi pater, scribo quae certissima habeas, et tam quae nunc dixi de uiris et mulieribus, quam nunc, scribenda, scias a domino reuelata, et fidelia, et Christi doctrinas esse qui in me loquitur. Non sunt hominum uerba, mendata, nihil ex me loqui in ecclesiam audeo, nec opiniones et fabulas. Fidelis est omnis sermo dei et essicax.

Siquis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

Episcopus Graece obseruator, speculator, super intendens, et custos dicitur. Offitium episcopale est, bona procurare, et a malis custodire, curam proximi salutis gestare. Nihil autem melius quam pascere, et id uerbo dei, pascuis salutis. Qui ergo desiderat huiusmodi exercitia conferre in proximum, opus bonum desiderat ex charitate propter deum. ut benefaciat

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.65]

desiderare autem honorem, eminentiam, census, pom pam, dominia, luxum, otium, castra, uenationes, regna, non est opus desiderare, multo minus bonum opus. Tales hodie sunt qui defiderant episcopatus, ambiunt, uenantur, emunt, rapiunt, tempore Pauli non sic. Nihil hi minus quam episcopi, principes sunt et dicuntur, et haberi uolunt, et
 15 huiusmodi mundani satrapae imperii. Omnes episcopi esse debemus, uisitare, curare proximos, unicuique de proximo man daut deus, qui communitatem curat, custodit, nutrit docet, fouet, regit fideliter. Hic uero episcopus omni no nomen functionis et operis et officii est, non ho noris et eminentiae, sicut antistes et praepositus ac prior Επίζηοzet Graece.

Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse.

20 Oportet dicit, necessitatis est et praecepti Apostolici, imo domini. Quid hodic facerent, qui sua tueri uolunt, exuerbis dei, si hic uel alibi inuenirent Oportet episcopum habere decimas? Mandatum dicerent sub poena peccati mortalis uel damnationis aeternae. Nunc autem oportet episcopum esse irrepre hensibilem, non sine peauto, pro quo nemo ab
 25 alio reprehensibilis sit qui omnes peccatores sumus et offendimus omnes. Sed ut nihil criminis ei imping

COMMEN. IN PRIOREM

[p.66]

possit, nulla saecularis macula, non aliqua notatus infa mia. quo modo minus aptus fit. Obsecrare, increpare, arguere libera fronte. Hic necessitas uidetur tol lendi concubitus, quo alioqui optimi parrochi, uiri do cti, bengni, solliciti, deumque timentes, hoc solo uitio reprehensibiles. Episcopi sunt omnes ecclesiarum praelati, non solum magnarum,
 30 sed etiam uel minimarum, ha beantur irreprehensibiles, innoxii, integri famaе, sed haec clarius sequuntur.

Vnius ixoris uirum) Sancti patres plures simul ha bebant uxores, filiorum multitudo bonorum domini bene dictio est. Christus hoc nunquam improbavit, christianis diuinae literae multitudinem nusquam interdicit uxorum, tantum hic episcopis et diaconis
 35 prohibetur uxorum pluralitas huiusmodi. Et cum statim praemittitur, oportet, non sine causa Chryfosto. periclitatur, ne Paulus uideatnr exigere matrimonium, oerte ut non ten tantur a satana, ne infamiam facile inadant, ut discant fa miliam regere, ut hospitales esse possint, ut studioscri pturae domestida cura non distrahantur, ut aliae mulieres non sit necessaria familiaritas, sunt quae in domo sine foemina expedire nequeant. Cohabitatio
 40 uiri et mulieris extra matrimonium non potest carere incommodis, amimae et famaе et rei familiaris etc Vt interim omnium scandalorum sandalosissimum sandalum

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.67]

encubinatum illum epi coporum, id est plebanorum, fon tem omnis Christianae iacturae et damnationis et infelicitatis in orbe, in omnibus statibus, quibus abunde consultum esset, si maritorum lege uiuerent sacerdo tes, inuenirent honestam, proborum et diuitum
 45 (si uel lent) puellam, nutritam in disaplina, fidelem marito, fi liis, domui: familiae

praesset utiliter et cum parsimonia reponeret pro hae redibus filiis, quae de uictu et amictu superessent. Disceret a marito uerba dei, doeret paruulos, honoris consequendi intuitu, quem indubie sperarent prae filiis aliorum. Esset amabilis omni bus et honorabilis. Sacerdos eam pudice diligeret et prolem, uacaret quiete literis, doceret sine timore cum
 50 fidutia omnem ueritatem, subditos diligeret, diligenter corrigeret, haberet fauorabiles, beneficos, promptos et obedientes doctrinae etc bona infinita sequeretur. Nunc autem pro dolor et pudor sacerdos parochus quotidie uel saepe celebrans et sacramenta ministrans, et publicum scortum nutriens, de decimis, blationibus, elemosynis, nomine se damnationis mancipi um nouit certissime crimine et publico scandalosus? Non uult
 55 nec potest dimittere nisi alia surroganda infeliciori miseria. Orationes suas si dicit, illic omnia contra conscientiam et interminantia imperium offendit, cum nausea et horrore omnia. Odit

COMMEN. IN PRIOREM

sacrarum litterarum studia, otio solo sese et uitiiis accommodat, uritur importunius, grauatur libidine insatiabili, temporibus religioni consecratis. Sequitur conscientiae
 60 uermis, uel desperatio infernalis, fit ex hoc procliuior ad omnia uitia. Confunditur coram deo, conscientia, populo et familia. Tractat sacramenta ut porcus. Qui d interim agit infelicissima meretrix? Filios forsitan generat. si non aborsus procurat: deserere filios et scortatorem non potest, non fert redire ad parentes uel consanguineos, non patrem inueniet, non matrem assequetur. Nouit se despectam omnibus, etiam a filiis facile se
 65 nouit eiiciendam, si libidinosior superuenerit. Miserrima post obitum sacerdotis, ideo sua maxime curat, furatur, exigit, et praeparat, uesteis et multas et meretricias, ut post illum uel cum illo aliis placeat, quos facile admittit, scens se non ob id fore adulteram. Filios non amat, negligit, non docet, de animae suae salute desperat, ad turpitudines et uitia procliuus nimium. Vicinis uiris et foeminis odibilis, rixosa. onerosa, dum se
 70 contemni non patitur, dum spetiosior et ornatior incedit, quam honestae matronae, dum irritat sacerdotem inuicinos, se quoquomodo dehonestantes uel etiam negligentes. Filios indulgentius nutrit, et fouet, non cohibet insolentes. Ingerit se primam coetui foe

[p.68]

TIMOTHEI EPISTOLAM.

minarum, iactat conditionem et uictum ac libidinem Filii eorum nutriuntur inter scandala, ut non sint amplius scandala. A parentibus ut illegittimi negliguntur, sine spe
 75 consequendi honoris, et extorres hunc statim prorsus. fiunt ex hoc rebelles, indisciplinati, blasphemii, rixosi, lusores, etiam parentum contempto res. Non ferunt disciplinam, nec uerbo, nec facto. Ab omnibus despiciuntur ut spurii. Nihil facile boni eis alicubi confiditur, peiores omnibus coetaneis, audaces ad omne flagitium, diuinorum omnium auersatores Expelluntur ante tempus in externos, libertatem captant ad nephas omne, cuius
 80 semina susceperunt ex educatione, domoque ; paterna. Quid populo acadit? Intuetur miser dei populus et uulgus, plebis sacerdotem et pastorem, et episcopum suum, speculum omnimodae abominationis. Verbum dei si audit, non credit, contemnit, magis detrahit, blasphematur, sectatur pastorem per abrupta gradientem in praecipitum. Correctiones non suscipit, ridet potius cum culpa redarguit doctorem, incalescit magis et dolum

[p.69]

85 suspicatur et subuersionis imposturam. Sancta dogmata non internoscit, sed abiicit omnia. Euitat ecclesiam, non obtemperat iussis, fidem ignorat, uitia sectatur, conscientia cauteriatur, Christianismus deperditur, confissio obmittitur, decimae neguntur, ac

COMMEN. IN PRIOREM

remoniae ut sordidae propter ministrum irridentur, in terim male audit sacerdotium [p.70]
 et omnis religio Christi ana, uerbum deicontemnitur, non praedicatur, non discitur
 90 adulterinae doctrinae surrogantur, uitia palam defen duntur, excusatur error, scandalum
 iustificatur, obturatur ora piorum, exquiruntur defensionum causae, decano rum
 fauores ambiuntur redimuntur muneribus, exco gtantur grauamina pauperum, exiguntur
 oblationes, ag grauatur stola, peractiones mortuorum commendantur, et purgatorium
 95 incalescit que modicis et acidentalibus haec saeodotis famula uel familia non ualeat
 enutrir. Turpe lucrum cupidus episcopus imperat, diooesanus uel eius uicarius et
 census auget quotannis. Cogitur ta lis sacerdos maiorum promerert fauores per fas et
 ne fas, quo subsistere possit, uel inuitis subditis. Offitio suo diuino in publica ecclesia
 assistunt et arca alta re spurii filii, breuiter exemplum sunt flagitiorum et uela nem
 malit. ae magistratibus et populi rectoribus. Haec omnia et his plura ac maiora introduxit
 100 nobis miserrima necessitas caelibatus et stulta religio contra stimulum calcitrandi, et
 angelicam puritatem imponendi cis, qui carne et sanguine, uclint nolint opprimantur
 et ardent. Et paucissimorum priuilegium, tot milibus con mu ie faciunt, reclamantibus
 conscientia, experientia, deique obedientia. His omnibus abunde consulcretur

TIMOTHEI EPISTOLAM.

si dei uerbis et praeceptis obaudiretur. Honestissimum matrimonium fuit sacerdotibus [p.71]
 105 legs Mosaicae. Condi tor legis dominus plem et matrimonium ubique et plurimum com
 men dauit. Patriarcharum nota coniugia et pro phetarum adeo et apostolorum. Christus
 toto suo euange lio inter tot saeodotum uitia, nec semel uxorum uel unius uel plurium
 mentionem habuit, praesciuit omnia, matrimonium commune uoluit omnibus. Et primi
 110 tiua apostolica ecclesia hunc caelibatum nesauit, orientalis ecclesia ignorauit hactenus et
 ignorat. Papistica nuper orta tyrannis haec animarum naufraga cepit, spiritussancti et
 uerbi dei flatu ppediem exufflanda tela aranearum istorum, cum puillis clericis interdic
 tur ob quaestum quod pinguibus pontificibus est perpetuum ad luxum. In sum ma potuit
 uideri priscis aliquibus episcopis commodum caelibatus introductio in clerum ut purius
 115 uiuerent, di gnus sacrosancta tractarent misteria, expeditius scri£ pturae operam nauar
 ent, terrenis actibus minus inque tarentur, et ut populus minus grauaretur uel ecclesia
 sustentatione uxorum et filiorum. Sed cum omnia in diuersum ierint, eoque deuentum fit,
 ut impurissime uiuant, lud brio et nausea habeant sancta homines irreligosissimi, ludo
 potius et poculis as idue incumbant quam scripturis, otio uero inertissimo prolabantur
 in publica crimina spuris et meretricibus non

COMMEN. IN PRIOREM

120 solum grauetur, sed et publice infametur ecclesia uerbum dei ueniat in contemptum, et

clerus in odium et scandalum toti Christianae religioni maxime pateat. Obligantur sub aeternae damnationis iussissima, certissimaque poena, et ira dei maxima urgere debent, ut otius et sine dilatione hoc scandalum inexplebilis perniciei tollature medio, si non concilio generali (quod sustinere nolunt qui lucem odiunt) saltem provinciali. Sin minus
 125 et hoc cesserit, quilibet episcopus, ut nunc sunt, in sua diocesi, huic pestilentissimo morbo succurrat, communi consensu et synodo. Quod si neglexerint episcopi, debent, et obligantur sub dei certa maledictione incurrenda alioqui per seipsos, si continere non possunt, experientia et complexione naturali admoniti, propria autoritate sibi uxorem legitimam ducere, publice praemissata mensufficiente instructione plebis, ut sciant dei
 130 praeceptum (et magistratum habito favore, si consentiant, alioqui uel resignent officio, uel inuitis omnibus deo acquiescant) et id non solum licere, sed et necessarium esse et inuitabile dei mandatum. Et non id tam propria autoritate, quam omnipotentis dei iussu necessarium, et sine quo matrimonio saluam nequaquam possint, nec praeesse populo, nec satisfacere uerbo det, nec apostolicae traditioni obedi

TIMOTHEI EPISTOLAM.

135 re. Quae hoc loco et alias habet episcopum, pastorem populi in spiritualibus oportere habere unam uxorem, nisi possit capere, quae a solo deo paucis ex rara gratia donantur, et magno periculo seruantur. Cuius denique continentiae difficultatem imo impossibilitatem publice testatur abhominabilis spurcitia totius ferme cleri: non solum plebanorum et canonicorum et episcoporum aliquorum, sed et monachorum et fratrum et monialium
 140 et nonnarum patens impudicitia, in irrisionem etiam totius status cleri calis iustissimam. Nihil contra hanc castitatem ut nunc seruatur satis dure et seueriter doceri uel scribi potest ab aliquo earum rerum experto: sunt enim omnia quae dicuntur longe atrociora, quam pro rei dignitate proponuntur. Excessum hunc aliquis tractabit idoneus declamator fusius et ordinatius. Clarissima ueritas est, negari nequit, potestque de scriptis abunde
 145 probari,

Sobrius) Non ideo uxor mandatur ut uacet libidini sacerdos, sed ut medetur ei. Minus enim a carne et satana infestantur infra cancellos benedicti a deo matrimonii quam promiscua illa, liberaque libidine palantes ut canes et equi. Quin et hic statim Apostolus ad continentiae remedium adiicit coniugi episcopo, ut sobrius sit. Cibo et potu utatur ad
 150 cor

COMMEN. IN PRIOREM

155 poris non uoluptatem, sed necessitatem parsimoniam seruet ne uel ecclesia expensis grauetur, uel corpus et ingentum, quo semper aptum sit ad spiritualia exercitia studia scilicet sanctae scripturae, praedicationes, consultationes, consolationes, orationes, lectiones, scriptitationes, et c. huiusmodi. Exemplum sobrietatis praebeat nec preciosa, nec multa, nec curiosa fercula, sed semper utatur cibo et potu pro corporis ratione et officiorum executione. Non uno die se exinaniat ieiunio, ut sequenti die denuo oneretur: ne utriusque opus intermittere contingat, sicut nunc faciunt satanice ieiunantes. Vigiliis fastorum abstinere uolunt, et festis diebus repleti, quando toti spiritualibus se dedere deberent cum sint carnalissimi et ideo omnibus criminibus exercendis instructi festis

[p.73]

[p.74]

160 diebus, et id religionem putant.

Prudentem) Vt prospiciat plebi, cui specu lator praeponitur. Circumspectus, ut praeuenire malum et inducere sancta, quo pacto possit intelligat. Σώφρων pudicum dicunt, et quadrat praedictis, ut sit maritus eatenus sobrius ut et pudicus esse possit uisu uerbo, signo opere, et in omni conuersatione sua praeferat pudicitiae exemplar.

165 Ornatum) Non sericis uestibus argento et auro: Haec enlm omnino dedecori sunt sacerdoti, sed pudicis et modesissimis moribus, id quod pu

TIMOTHEI EPISTOLAM.

dicum diximus, zichtig und sittig. In moribus et factis uenerabilem, et maturitate legitima gratiosum. [p.75]

Hospitalem) Non publicus tabernarius, sed peregrinorum et indigentium benignus susceptor, et tractator beneficus, ne honesti uiri communi diuersorio sub turba et clamoribus praepediantur a studiis et quiete. Non solum sacerdotum et monachorum sed pauperum et qui indigent. Ad quod certe conuenientissimum est non habere pellicem, sed uxorem fidelem et matrisfamilias et filios disciplinares, ne toti ecclesiae cui praefertur inuratur passim diffamia dum peregrini praeter Christianam charitatem tractantur Ea ratione decimae eis debentur non tam pro se, familiaria, hospitalitate, quam pro orphanis et egenis infirmis et senibus pauperibus etc.

170 Doctorem) Appositum ad docendum, qui possit docere, non alterius doctrinae quam diuinae sacrae scripturae sapientiae utilis ad dei cultum. Non permotum in gymnasio, non empta facultate, sed spiritu sancto, de sacris edoctis instruat plebem cui superintendere debet ex officio. Non uenator, eques, lusor, sed uerbi dei doctor. Hoc prae omnibus aliis suis officiis peculiare est episcopo pascere oves Christi quas amat, non philo sophiam, non grammaticam, non poësim, non humanas constitutiones, sed ea quae pertinent ad dei cultum, non damnet non blasphemet, sed doceat.

COMMEN. IN PRIOREM

185 Non uinolentum) Non uinosum, qui uini potui indulgeat nimis, et impediatur a modesta in facto et uerbo doctrinae et corripatur cum importunitate, aut conuiciis more ebriosorum. Non combibitorem, qui in aliis haec debeat corrigere. Obtundit ingenium, inepte laetificat consilii inopem. Foedum et iracundum pariter facit uinum immodice sumptum Etiam pudicitiae et castitati aduersatur uinositas.

190 Non percussorem) Non promptum ad uindicandum, impremeditatum ad ulciscendum, sed potius animo tranquillum, longanimum, sustinentiam habentem in iniuria. Non paratum ad arma inferenda, sed in bono malum uincat, percutiat neminem, uel noceat. Euangelicam patientiam monstret euangelii praeceptorum et doctor Christianae mansuetudinis.

Non turpiter lucri cupidum.

195 Hoc audiant episcopi nostri, qui lucrum capiunt ex casibus reseruatis ex concubinato sacerdotum, ex sacramentorum administratione, ex spuriorum progignitione, si non per se talia capiunt, sed tamen subornant officiales, quibus id rei foedae committunt, uel

consentiunt ob lucrum. Communius tamen est turpi ter lucri cupidum, quam turpis lucri cupidum. Omne lucrum cupere episcopum dedecet, qui expendere debet potius quam lucrari et thesaurizare. Bona

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.77]

200 enim episcoporum ecclesiae sunt, indigentium de ec clesia, reponi in thesauros non debent: multo minus turpe lucrum uenari.

Sed aequum, modestum. 7 Mansuetum potens aequanimiter ferre infirmorum et detrectan tium et dehonstantium, non acutum ira, uel ad uin cendum propensum gerens animum.

205 Non litigiosumq Vel contentiosus bonicon sulat uerba et fasta etiam contentiosorum, sed paci ficum Non bella et lites suscitet, sed omni diligentia componat. Quomodo autem litibus carebunt, qui diuitiis inhiant et possessionibus? Dirimant po tius contentiones. Eras: Alienum a pugnis. Vide Ann. Non cupidum 7 Vel alienum ab auaritia, ne quaestum quoquo modo sectetur, ut simoniaci. Liberalem in egenos, non lanae potius abrasor, quam uerbi dei administrator. Ab omni specie cupiditatis abstineat.

Sed suae domui bene praesit.

210 Quomodo sine uxore bene praerit, et cum spu riis uel externo famulicio. Vult Apostolus ut familiam suam, uxores, prolem, famulos bene moderentur, ne scandalosa domus toti ecclesiae praeiudicent. Si non habet familiam, saltem canonicis suis praesit antistes quos hodie nouimus iniquissimo iure exempros ab

COMMEN. IN PRIOREM

[p.78]

215 episcopo, et omnium scanda lorum antesignani et sa aerdotum totius episcopatus exem plaria insolentiarum.

Filios habentem subditos cum omni castitate.

Erasmus. Liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia.

Disciplinatos habeat filios, qui moribus religiosis et castis, et reliquorum filios instituant, et exem plum honestatis exhibeant. Obedientes patri, reuerentiam exhibentes. Quid hodie de filiis presbyterorum iudicandum? Debet in propria sua domo discere exer atio filiorum quod docet in ecclesia subditorum, un de et sequitur:

Quod siquis propriae domui praeesse non nouit, quomodo ecclesiam dei curabit?

220 Quomodo curabit multos, et quasi alienos, qui propriis prodesse non potest? Et tamen ad id positus est, scilicet ut prosit, qui in paruo infidelis, quomodo in plurima constituetur? Qui familiar bus non prospici et necessariis, quid alienos curabit? Qui sensu tam tenui ut pauca cogitare nequeat, quomo do ece lesiam totam reget? I deo prius exercitari debuit in doma propria, in liberorum moderatione, ut regimen populi ualeat susinere.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

225 Non nouitium' I Nouus infide, nuper conuersus, nondum exercitium spiritus inse expertus.
 Cum enim alios docere et moderari debeat in his quae ad deum expedit exercitatum
 habere sensum in spiritalibus Nemo autem repente fit summus, et studium sacrarum
 litterarum non subito proficit: ueruntamen id non a baptismatis tempore computandum,
 230 quod multo olim tardius baptizabantur, sed a conuersionis tempore ad fidem. Ambrosius
 enim cathecuminus longo tempore Christianus erat antequam baptizaretur et episcopus.
 nondum lotus eligebatur spiritus promotus.

[p.79]

*Ne in superbiam elatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum
 bonum habere testimonium ab his qui foris sunt, ne in opprobrium et in laqueum.*

Non expedit nouitium religionis subito principem et maiorem deligere religionis, ne uel
 religio uitae retur, quasi ut destituta idoneis pro functione huiusmodi personis, quam
 prophetae et sapientes omnes declinent, et cogantur aliunde pellicere promouendos, uel ipse
 235 non uitius honoris sui sortem ferre humiliter non potens, efferat se insolentius et statim
 sibi licere putet quae libuerint, alienique; ansam captent calumniandi quasi ea ratione
 accesserit ecclesiam ut honoraretur.

In condemnationem incidat calumniatoris Facile

COMMEN. IN PRIOREM

240 bonos inuidiam patitur, inuidia uero temerarium iudicium parit et calumniam, cum
 quicquid a neophytis agitur, quantumlibet bene, insimulatores perpetuo omnia eorum
 bona inuertentes, cum nihil aliud possunt, nouiciatum obtendunt. Sed et facile praesumunt,
 nimium et audenter nouit et insueta, eleuanturque existimatione propria, sicque
 incidunt in iudicium calumniatoris.

[p.80]

Oportet autem illum) Hoc mihi ad episcopum quemlibet referendum uidetur, ut
 245 scilicet etiam ab his qui foris sunt, et ab omnibus bonum testimonium habeat, ne religio
 ob ministri improbitatem, calumniam sustineat. Specialiter tamen si a gentilibus uel
 Iudeis conuersus sit ad fidem, omnino necesse est, ut illi eidem nihil inhonestum et
 turpe impingere possent. Vt non dicant: Ece quales proficiunt sibi Christiani, quales
 nos nouimus improbos, hos ipsi honoribus dignantur. Flagitiosus erat nobiscum, nunc
 250 honoratus apud Christianos. Ece quales religiones quales ministri. Sicque in laqueum et
 in opprobrium incidit calumniatoris. Sequitur:

*Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum
 sectantes.*

Ministri episcoporum diaconi uocati sunt, ut in

TIMOTHEI EPISTOLAM.

Actis. Non quod praedicarent uel euangelium proferrent, sed quia oblationes fidelium
 distribuebant. Seruiebant ecclesiae et episcopo, et de oblationibus uiuebant sicut episcopi:

[p.81]

255 sicut nunc sunt coadiutores plebanorum, quatinus liberius episcopi uacarent ministerio
 uerbi in docendo. Talis fuit Laurentius, et in primis Stephanus, qui tamen accepta oportunitate
 non tacebat a uerbo dei praedicando. Quia autem ministri erant ecclesiae, et ab ea sustentabantur
 sicut et uiduae, quae uere erant uiduae, id est, destitutae solatio filiorum et orphanorum
 etc, ideo prudentes uult esse, et omni honestate conspicuos, uenerandae conuersationis,
 260 in uerbo, facto, et exemplo: ne opinio mala dehonoret eorum officium, ne diuidentes
 collectas eleemosinas incontinentiae suspicionem incurrerent, si mulieribus pauperibus
 dona ecclesiae largirentur.

Non bilingues. Ne scilicet quaestus gratia uarie loquantur de Christianis dogmatibus, ne
 aliud affirmarent coram episcopo, aliud coram simplicibus, neque uerbum dei adulterent,
 265 et ad gratiam loquantur, quatenus tanto magis collectarum comports ut, et ne obloquantur
 episcopo, uel ambiendo episcopatum gratiam uerbis fucatis duplicibusque; mercatura uulgo.

Non multo uino deditos.

COMMEN. IN PRIOREM

Ne luxu soluantur, a debita grauitate, ne dedecori sint episcopo, ecclesiae, et officio suo,
 ne ob eum male le audiat episcopus et ab operibus minime fideles retrahantur ob
 270 dispensatoris improbitatem.

[p.82]

Non turpe lucrum sectantes.

Non enim turpe lucrum expendi debet in eleemosynam, sed honeste parta. Non excogitent
 modos ad eliciendum a fidelibus supra necessitatem ecclesiae. Praeuidebat enim in
 spiritu bonorum temporalium affluentiam irrepturam in ministros ecclesiae in perniciem,
 quam interim uidemus creuisse in immensas abusiones.

Habentes mysterium fidei in conscientia pura.

275 Cum passim et quasi in oculis seorsum instrui re deberent eos, quos eleemosynis
 reficiebant, omnino fidei Christianae mysterium probe scire debebant, et reddere rationem
 eorum quae ab episcopis docebantur respondere de fidei articulis, sicut Stephanus assistere
 re episcopo, defensare, et testimonium ueritatis et uitae praestare ibi uidebant id utile et
 honorificum Christo et euangelio et ecclesiae parati inquam semper de fide respondere.
 280 Si uero sine omni fructu uiderent, fuerent saltem pura et sincera conscientia sua certi
 coram deo dei gloriam quaererent et profectum fidelium, et

TIMOTHEI EPISTOLAM.

quod in se essent parati implere: si quo minus promoueretur negotium fidei ipsi candidae
 egissent functionem suam et fideles ministri dei et ecclesiae inuenirentur,

[p.83]

Atque hi probent prius et sic ministrent.

285 Post episcopatum primi honoris habebatur diaconus, quasi episcopi et ecclesiae procurator fidelis, di oerem hodie decanorum camerarios agere, sed longe miserabiliore comparatione. Oportebat ergo probari fidem eorum et probitatem ac sanctam industriam, si con mitti eidem possent tuto distribuendae collectae, et si idoneus minister etia uerbi, episcopo concors fide et moribus, et dignus ecclesiasticorum bonorum admini strator, quod non debebant passim et sine delectu commendari cuiuis. Probandi igitur erant
290 ministrantes.

Nullum crimen habentes.

Derogasset criminis diffamia epi scopo, et ecclesiae fideles absterruisset a fide et minime operibus iacturam aoeepissent pauperes ecclesiae, fadlcque ; fraudem suspicari contingeret in dispensatore et procuratore crimi nos fa mil amque et statum episcopi dehonestusset.

Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

295 Videtur sine dubio de uxoribus diaconorum hoc dia, quod eadem ratio sit hic quae prius de episcoporum familia: quia enim de ecclesiae bonis et oblatiombus

COMMEN. IN PRIOREM

uiuebant, dect bat maxime eas tanquam diaconorum collegas, pudicas esse, honestae conuersionis, quietas, pacificas, modestas, sine arrogantia et dissoluti one aliqua in moribus, ne ecclesia turbetur et scandalizetur.

[p.84]

Non detrahentes, non calumniosas.

300 Rixolas, discordiam seminantes, delatrices et mendosas. Hoc enim uergeret inurbationem ecclesiae cum episcopi et diaconi a talibus omni diligentia dehortari publice et priuatim debebant.

Sobrias. vt prius de diaconis et episcopis dictum. Omnino enim foedum in muliere temulentia et uini abusus, mater turpitudinis et libidinis. Non decebat talium uitiorum
305 exemplar relinqui subditorum uxoribus a foeminis ecclefiasticis.

Fideles in omnibus.

Vt cum ministrorum ecclesiae adiutrices eas esse oporteat, similiter ut diaconi omnia fidelissime dispensent, nihil pro se per fraudem detrahant, non po nant fid elibus offendiculum cum de ecclesia uiuant ei£ dem quam fidelissime ministrent.

Diaconi sint unius uxoris uiri, qui filiis bene praesint et suis domibus.

310 Non patientur se notari de incontinentia, ut uxores plus quam unam habcant, ut liccbat eo tem

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.85]

pore reliquis Christianis, uel ad minus tollerabatur tanquam reliquias Iudaeorum, licet Romanis legibus non probabatur: unde et cum tempore abrogata est, huiusmodi uxorum pluralitas. id tamen nec Apostolus poterat pati in episcopo et diacono: maxime quod insuper etiam grauamina et displicentia fidelibus contigisset ex tot uxorum nutritione.

315 Nihil hic de digamia uel trigamia Apostolus insinuasse mihi uidetur. Adolescens enim amissa uxore prius, quare perpetuo ureretur? Sicut nec uiduas iuuenas matrimonio uetabat, sed praecipiebat nubere. Et hic eadem ratio. Ne satanas tentet et uincat, filiis suis bene praesint. Scientia, moribus, et discipuli nam erudiat filios, ut sint speculum honestatis caeteris adolescentibus.

320 Et suis domibus omnem familiam honestissime gubernet, eadem ratione qua et episcopus. Videmus quales esse debeant moribus et fide et exercitio, quotquot ecclesiae censibus nutriuntur, qui scilicet in ministerium ecclesiae necessarii sunt. Nemo enim nisi ministrans ecclesiae ab eadem sustentari debent et omnino nemo otiosus qui laborare potest, ex quo ecclesiae utilitas nullatenus prouenit, et qui non sunt usus in opere a

325 Christo et Apostolis instituto, uel ad hoc instituantur aliquando idonei ministri ecclesiae. Sunt autem

COMMEN. IN PRIOREM

[p.86]

necessarii ecclesiae episcopi, diaconi, scolastici: uel iuuenas instituendae praefecti. Nomino episcopos ut sunt uere, qui uerbum dei tractant et docent: diaconos qui discunt et cooperantur episcopis, non uideo alios. Cantus horarum canonicarum, ut nunc fit, est

330 prorsus inutilis, posset tamen institui pro eo melius et necessarium aliquid. Monachi omnes laborant manibus, et si uerbo detur horis aliquibus per diem insistant, laudabile. Temporales passionibus deseruisse conformiter quidam eam gelio, sic tamen, ut non resardant posthabita mendacitate, sed laborent, et eleemosynas potius dare et facere studeant, quam requirere et mendicare. Siquis alius ecclesiae necessarius minister deo ornendus

335 sit, ille de ecclesia uiuat, nemo inficiabitur. Sed odiosus prorsus nemo firatur: Qui non laborat, non manducet, qui scilicet laborare possunt. Egens nemo sinatur in ecclesia nec otiosus..

Qui enim bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirunt, et multam fiduciam in fide quae est in Christo Iesu.

Diaconus alicuius ecclesiae si ministerii sui functionem laudabiliter absoluunt, si officium suum cum laude et probitate peregerint, si uidebuntur munus suum fideliter obuisse,

340 non solum laudem, sed et gradum sibi meliorem acquirunt. Erunt proinde uidebitur non solum laudem, sed et gradum sibi meliorem acquirunt. Erunt proinde uidebitur non solum laudem, sed et gradum sibi meliorem acquirunt.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.87]

scilicet eligendum episcopo, si non illi cuius diaconi sunt, transferentur eligendi in aliam ecclesiam, uel ex cooperatoribus fient fortassis, coepiscopi uel in ciuitate una pro multitudine populi. Episcopus, id est, parrochi constituentur plures, duo, assequeturque apud unam Christi fidelium congregationem, quae saluo est in Christo ecclesiam, auctoritatem

345 magnam. Et multum tam fiduciam in eundem collocabunt fideles, ut qui tam strenue et fideliter diaconatum administrauerit dignus euadat maiori gradu.

Erasmus: multam libertatem quae etc.

350 Videtur uelle ut diaconus qui a principio minister sui omnia ad praescriptum et ordinationem episcopi agere debebat, nec pro suo iudicio dispensare omnia, sed quasi ad rationem accipiendam ab episcopo uel ecclesia. Si inquam talis diaconus insigni fide dexteritate, diligentia, et uigilantia omnia semper agere cum sua familia uisus fuerit et inuentus, acquirat ex hoc sibi libertatem eidem permittendam ab episcopo omnia uel multa saltem pro arbitrato suo fruatur curare, fidelis toties repertus Christi obsequio, ut nemo sibi fidem agendorum abrogare possit, sed fiducialiter et libere agat quae in honorem dei et ecclesiae fuerint peragenda. Iste sensus mihi hactenus apparet.

COMMEN. IN PRIOREM

Haec tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito.

[p.88]

Erasmus: Haec tibi scribo, sperans fore, ut ueniam ad te cito.

355 Hoc ex iudicio scribebat Ephesum, nuper ibi institutum episcopum instruendo, quae sciret, ad id tempus necessaria magis, suo tempore personaliter de omnibus coram edoctrurus, quae circa episcopi, diaconorumque officia essent ordinanda.

Si autem tardauero ut scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei.

360 Domum dei non templum marmoreum notat, sed quamlibet congregationem fidelium, Christo sinceri ter credentium, et uerbum dei toto corde amplectentium et per opera fidei confitentium semper. Inter quos, non super quos conuersatur episcopus apostolicus, conducendo, et instituendo infide Christi, et doctrina sancta.

Quae est ecclesia dei uiui, columna et firmamentum ueritatis.

365 Domus illa dei in qua te uel ministrum et curatorem et superintendentem constituit dominus, congregatio scilicet omnis fidelium, non tua Ephesina solum, sed ubique eodem spiritu congregata multitudo sanctorum, est uera ecclesia quam deus condidit, gubernat

TIMOTHEI EPISTOLAM.

370 constituat, et doctus spiritu oris sui, uerbo dei. Non enim per se, sed in Christo subsistit et durat, basisque est et sedes ueritatis. Colitur enim in ea et agnoscitur unus uerus et unus deus, cum omnes aliae ecclesiae et congregationes hominum, deos falsos et idolola colant. Iudaei denique a ueritate dei, quae est per Christum Iesum aberrauerunt et exocati sunt et ceciderunt. Nostrae autem ecclesiae doctrina et fides fundamentum est et lapis et columna immobilis et semper permansurae ueritatis. Ipsi enim ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus credentes in Christum dominum et deum nostrum: uiuum et

[p.89]

uerum, qui est ueritas et uita, illamque ueritatem firmissime credimus et praedicamus et usque ad mortem defendimus.

Et manifeste (citra controuersiam) magnum est pietatis misterium, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

375 Si de me mihi quicquam tribuere possem citra hunc locum tam obscurum, et si cogitatione mea non aberrem, distinguerem aliter, euaderemque duas difficultates: primam quae ecclesiam dicit columnam ue

COMMEN. IN PRIOREM

ritatis. Secunda quae sequitur, et sic ordinarem textum: Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei, quae est ecclesia dei uiuentis. Hic distinguem, et subsequeretur
 380 hoc modo: Columna et firmamentum ueritatis, et manifeste magnum est pietatis misterium. Deus manifestatus est in carne iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, praedicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. Vel si mauis sequi aliam lectionem Chrysostomi et Theophili genere neutro, et obmisso qui deus. Licet enim priora intelligi possint ut diximus de ecclesia et columna simplicior tamen et
 385 indubius sensus est, ut ueritatem non fundari in ecclesiam nec fulari uel firmari, sed potius dei ecclesiam inniti, firmari et sustineri per ueritatem ipsam dei uerbum Christum et petram ecclesiae et non e contra. Falsis igitur et oertus sensus et insignis plane apparet, si sic lectionem ordinemus Vt scias quomodo te oporteat conuersari in ecclesia illa tibi commissam, hominum salict congregatione, non infidelium gentilium, dolorum, qui
 390 mortuos deos et nihilum colunt: sed inter homines qui credunt in deum uiuum et uerum, qui sunt ecclesia dei uiui tibi ut ministro eius commendata. Et sequitur Columna et firmamentum ueritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod nunc tibi prodo, quasi di

[p.90]

TIMOTHEI EPISTOLAM.

oeret omnis Christianae doctrinae et atholicae ueritatis columna, cui innitur, et firma
 395 mentum cui subsistit, et misterium pietatis et fidei. Hoc unicum est magnum ualde, et citra controuersiam magnum quod paucis uerbis tibi describo, ut in ecclesia praedicoes summam fidei et basim: deus manifestatus est in carne, uel misterium pietatis diuinae in Christo nobis exhibitum, cum olim multiphariam apparuerit deus, uerbum dei angelis specie humana, igne, spiritu, factus cibus, nube et oetaera. Nunc maximo pietatis et
 400 mentiae suae misterio decreuit manifestari, nobis uel mundo in carne, incarnationem sui faciens in Christo ut uisibilis deus hominibus in terra, aliquando appareret uisibilis, carne circumdatus.

[p.91]

Iustificatus in spiritu) Per spiritum sanctum datum hominibus, iustus, deus apparuit, ut iustificans per gradam fidem per uerbum suum, qui in spiritu sancto uoluit omnes
 405 peccatores iustificari quos omnes damnauerat, nunc per spiritum suum iustificat et ipse iustus innotescit, et pius qui durus prius uidebatur, ut scilicet iustificetur in sermonibus

guincat cum nostro sensu carnali iudicatur seuerus et iniustus. Apparuit angelis) Dei gracia misterium pictatis euangelium a saeculis ignotum angelis, per Christum hoc tempore innotuit prinapatibus et potestantibus in caele

COMMEN. IN PRIOREM

410 fibus, qui hactenus ignorauerunt tantam dei ad bo minis pictatem et in Christi misterio didicerunt, quae prius abscondita eis erant et ignorata, quae per euam gelii praedicationem et per ecclesiam eis clarior in notuit, Ephesiorum 3.aap.

[p.92]

415 Praedicatum est gentibus IOmnibus populis hoc pie tatis misterium et euangelium regni praedicatum est. Dela ta est haec tanta dei gracia omnibus hominibus nemi ne excluso. Christus saluator datus est omnibus genti bus pignus et arra salutis: non solum Iudaeis, sed et genti bus coepit praedicari, et praedicatum est hoc misterium.

420 Creditum est mundo I Non solum Iudaeis, sed orbi uniuerso, contra carnem et sanguinem, cui hoc misterium non reuelatur nisi a patre caelesti, qui trahit ad se per Christum quos eligit et donat fidem, quos iustificare decreuit per fidem in Christum.

425 Assumptum est in gloria) Glorificatum est, et laudatum ubique et diffusum inomnem terram. et post agnitum misterium etiam glorificatum est, Christo ascendente in caelum, et ad dexteram sedem te, et euangelium illucescente cum gloria, qua omnis prudentia, potentia et iusticia oppressa iacet, ut illud solum et unicum gloriosum sit in caelo et terra Hoc fidei misterium et pietatis sacramentum omnis ueritatis sedes, basis, columna, fundamentum, cui in

TIMOTHEI EPISTOLAM.

nititur omne quod scimus, credimus et operamur Hoc si quis credat, ueneretur et amplectatur, iustus est et perfectus Christi seruus et Christianus.

[p.93]

CAPVT III.

HAnc summam dostrinae teneas, doceas, inculcare studeas, Christianae fidei breuissimos articulos, deum scilicet incarnatum, uel in carne manifestatum, per spiritum omnia iustificantia, non lege carnalis literae. Angelis etiam admirabilem nobis dei gratiam collatam, post factum innotuit. Euangelium Christi et reconcliatio dei prae dicata est
5 gentibus sine delectu, mundo creditum est, domino miserante et hac credulitate et fide omnibus iusticiam dante. Et assumptum est hoc pietatis euangelium et beneficium in gloriam, in toto orbe, in terra et caelo, ut eo nemo fraudetur fidelis. Tale aliquid et prius aequae breuiter descripsit, cum diceret: unus deus, unus etiam conciliator dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus. Haec
10 columna fidei et euangelium regni, praeter haec alia non quaerenda non docenda, non inculcanda fidelibus.

Spiritus autem manifeste dicit, quod in posterioribus temporibus desciscent quidam a fide.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.94]

Spiritus Christi qui in discipulis adhuc manet, per quem futura nouerunt, prophetant quoque de antichristis, qui a Christo abstrahunt, et a fiducia in redempto re nostro nobis donata. Ille spiritus prophetiam reuelauit futuram, post haec nostra tempora, ut parum curaturi sunt homines etiam nomine Christiani, de fide in Christum. Non agnoscent misterium illius pietatis diuinae, se putabunt non Christi spiritu per fidem iustificatos. Non erit gloriosum apud eos quod deus euangelium gratiae eis transmisit, sed in operibus legis iustificari uolent, si non solum legem Mosi, sed et plusquam Mosaicae legis praecepta seruanda proponant et contraria magis, cum Christus fidem in deum et perfectam fiduciam docuerit medium uiae iustificationis esse, non ex operibus quae nihil ualeant ad ueram pietatem obseruare, uidelicet docentes delectum ciborum, temporis, uestium, locorum caelibatus, his rebus iusticiam collocantes. Posteriora tempora melius dicitur quam nouissima, ne quis putet in fine mundi haec olim tantum futura, cum etiam tempore apostolorum, et interim semper pseudoapostoli et sophistae et superstitiosi, haec crediderunt, seruauerunt, et docuerunt Deserere a fide non unius dei, sed a Christianismo, a uerbo dei, ab agnitione salutis a Christo nobis paratae, et libertate spiri

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.95]

tus filiorum dei a cultu dei, quo uere uult coli in spiritu, fide, spe, et charitate et operibus caritatis.

Attendentes spiritibus erroris, et doctrina daemoniorum in hypocrisis (simulationem) loquentium mendacium, et caetera habentes con scientiam.

Cum ipsissimo uerbo dei, et doctrinae Christi, qui ueritas est adhaerere deberent ipsi erroris spiritui et humane praesumptionis superstitiosis traditionibus attendunt: quicquid enim secus uiam est, uel a uia tendens erroneum est. Spiritus autem Christus uia est, cuius uitam, mores et uerba aemulantes non errabimus unquam

Doctrinis daemoniorum | Daemones legimus docuisse primum quidem ut uerbo dei Eua non crederet, suo proprio abundaret, praeter dei scriptum sciret et agere, docuit idololatriarum cultum et mores, sacrificia, caelestium libatum. Vestales et eunuchos suos parauit. Christo quoque suadere tentabat de cibo, arrogantia, superstitione et idololatria. Tales doctrinae daemoniacae sunt, diuinae autem sunt discere ueritatem, humilitatem, fidem in deum spem et charitatem in deum et proximum Quicquid his obuiat uel impedimento est, daemoniacum sit neesse est.

Loquentium mendacium per simulationem | Qui religiosiores uideri uolunt, adiuuantes de corde suo doctrinas atque regulas uiuendi proprias

COMMEN. IN PRIOREM

[p.96]

quasi Christus insufficienter docuerit, et cum Apostolis non satis religose uixerit, et sibi praeter traditionem euangelicam quaedam alia ordinanda et instituta commiserit, cum
 45 id de suo corde confinxerint: uolentes uideri a foris sancti cum intra sint spurcitia repleti, ut hypocritae omnes solent, qui plura uolunt ostentare quam Christus iusserit, obmittentes necessaria, Et cum obmittant quae Christus docuit et praecepit supererogatione tamen consilia sibi praefigunt, quae nec ipsa complent. Vnicum studium habent confituntiones perpetuo ordinare, nihilque ; seruare.

Et cauterio notatam habentium consciem.

50 Conscii sibi sunt hi doctores, quod quae alios docent facere, ipsi non possunt, uel nolunt, uel necessaria non sunt, et quae Christus non docuit. Ea ratione introducentes supra uel praeter, uel contra Christi doctrinam, ut emungatur aliquid, ut territi, et angustiati, promptius ad uota obediunt, uel ut magis honorantur, uel ut sanctuli uideantur, fingentes se facere, quod alios docent et praecipunt. Omnibus his modis consentia
 55 talium cauteriata deprehenditur. Deus autem non irridetur, sed potenter tormenta intentat talibus. Et iudicio percutientis serui et mactantis in absentia domini iudicabunt, portioque ; eorum erit cum infidelibus.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.97]

Prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus.

Quid illi daemones praedicatores, et cauteriati consentia doceant per ordinem designat. Primo omnium docuerunt, non quidem nemo matrimonium ineat, hoc enim fuisset
 60 impossibile et contra scripturam totam. Non oportet quod peccatum sit omnibus, sed religiosioribus Christianis quibus sic celibatum suaserunt ut perpetuo seruandum uouerent, quasi rem turpem matrimonium habentes, et indignum tractantibus sacramenta, et sine peccato magno fieri non posset. Huius doctrinae fundamentum cum nullum sit in sacra scriptura, cum multorum malorum causa sit, cum contra Christi et Apostolorum
 65 doctrinas, merito dicitur diabolica. Cum nubere, deus, natura, scriptura, usus, necessitas approbent omnia, tumque sanctum et deo placitum, nullis prohibitum, neque aliquibus non necessarium, nisi specialissima et rara gratia praeuentis ut non urantur. Prohibite autem nuptiae, ineffabilium malorum causam praestant, quorum nemo nisi diabolus pater et patrator et causa esse potuit, id quod Paulus manifeste sciauit, docuit et scripsit:
 70 ideo piaculum grande est prohibere praecepto nuptias.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.98]

Abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione) Abstinere a crapula et ebrietate, non onerare corpus et animam, non reddere imbecillum ad functiones necessarias deus praecepit. Iudaeis denique genera ciborum quaedam prohibuit, pro tempore legis et cohabitatione pacificae, ad abominationes cauendas, ad praeueniendum

75 uale tudinem aduersam corporis, qui alioqui non bene conplexioni hominum conueniunt,
 et idololatrarum superstitionem testabantur, hoc deus prohibuit. Nunc autem in nouo
 testamento spiritus sanctus reuelauit, et Christus docuit, omnia munda mundis, nihil
 quod intrat in os coinquinat hominem. Cibi non insani, de se immundi non sunt, si
 80 cum gracarum actione accipiuntur, deoque; donante in escas hominibus, omnes comedere
 possunt, ut nemo eos prohibere possit. Si tamen ob castigationem corporis et parcimoniam
 tenendam aliquis libere abstineat, non quidem malefacit, tantum ne in nundum
 reputet et illicitum et magna oerona dignam huiusmodi abstinentiam. Possumus enim
 abstinentiam seruare non solum in pisabus et leguminibus sed etiam in carnibus. Non
 enim refert quid, sed quantum comederis. Potest in leguminum esca peccari potest omnis
 85 generis caro licite manducari. Quicquid comedimus cum gradarum actione manducare

TIMOTHEI EPISTOLAM.

inus, agnoscentes largitorem bonorum omnium, qui omnia nobis in usum bonum contulit
 si non ad libidinem et superfluitatem utamur, et contra dei mandatum. A principio enim
 herbas conoessit, post diluuium carnes addidit. Sanguinem negauit, postea animalia
 immunda prohibuit, per Christum autem omnia mundauit. Et regnum dei dixit, non
 90 esam et potum, sed fidem et charitatem etc.

[p.99]

*Fidelibus et his qui cognouerunt ueritatem: quia omnis creatura dei bona est. Et nihil
 reiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum
 dei et orationem.*

Contra Iudaeos et Iudaizantes non solum loquitur, quorum iam haeresis ut noti damnabatur,
 sed contra futuros praedicatores qui docturi essent alios quos cibos esse malos. Et quod
 religiosus esset hoc cibo uesci quam illo, quod deus placaretur hoc, non illo cibo sumpto
 offenderetur mortaliter, hoc tempore comedente hunc cibum, alio tempore alium, intro-
 95 ducentes uota contra huiusmodi escas tanquam deo grata, quasi placeret deo magis hic
 cibus quam alius: licet autem unus cibus magis impediatur ingenium, saepe meditationes
 quam alius, nullus tamen hoc facit nisi si immodice sumptus, quod iure dei uetatur. Sunt

COMMEN. IN PRIOREM

igitur omnes tales doctrinae falsae contra deum ad inuentiones humanae et daemoniorum.
 Omnis autem cibus semper et omnibus bonus est, si cum gratiarum actione ad naturae
 100 sustentationem sumatur. Omnis autem cibus semper malus, si nimius et ad libidinem
 sumatur, eatenus ut uotum illud uel aliud si contra mandatum humanum, in his rebus assumi
 non debet. Si cibus superfluus offeratur, semper illicitus est. Non est ut abstinentia
 uoueatur, si ad necessitatem utilis et moderatus, semper assumatur, nec deo placere
 ut necessariis naturae detrahatur. Obligamur omnes et semper ad moderatum usum
 105 cibi et omnium bonorum temporalium. Non oportet uouere uel abnegare quod dei
 uoluntati resistit. Cibus nunquam sumendus sine gratiarum actione. Christus hymnum
 et laudes dixit, post cibum et coenam exactam. Siquid immundum uel insanum in cibo
 sobrie sumpto, oratione et uerbo dei audito et credito, sanctificatur, et fit remediabile et

[p.100]

innoxium. Scienter tamen ue sanum cibum et sine necessitate acpere, peauto non caret.
 110 Non est deus temptandus, non omnia omnibus conueniunt.

Nota non omnibus est creatura omnis bona, non omnium cibus sanctificatur per uerbum dei et orationem, sed fidelibus tantum, id est his qui co

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.101]

gnouerunt ueritatem. Ignorans enmi omnem crea turam esse bonam, et in conscientia
 sua iudicans malam et non abstinens pecut, quia contra fidem agit. Nemo igitur contra
 115 conscientiam instigandus ad abum, sed prius instruendus est, ut fidelis ueritatem sa at.
 Imo et talium scandalo cauendum, si ex infirmitate, non contempta et temeritate credere
 non pos sint. Si enim esca scandalizat fratrem meum non manducabo etc.

*Haec praeponens fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in uerbis fidei et
 bonae doctrinae quam assecutus es. Erasm. De his, si commonefecris fratres, bonus
 eris minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus fidei, bonxque doctrinae, quam usque
 secutus es.*

Bonus minister est, qui bene et bona praedicat, qui nutritus est in uerbis fidei, et in uerbis
 bonae doctrinae. Verba autem fidei sunt Euangelium, id est quicquid in tota sacra
 120 scriptura et canonica continetur, quae nos doct fidere et sperare et amare deum, quae
 Christum praedicat, uel futurum exhibet, in quem credere iusticia fidei sit.

Bona doctrina est, quicquid, ex sacris scripturis operandum dooetur, uel in eius
 intelligentiam dirige

COMMEN. IN PRIOREM

[p.102]

re potest, et non illae litterae gentilium, qui abusiuo no mine bonae litterae nominan-
 125 tur, quae bonum non red dunt, nec ad bonitatem instituunt. Haec autem de cibis non
 diiudicandis et generaliter bonis doctrina diatur fratribus proponenda, fidelibus salioet,
 ut pri mo fratres sunt, fideles sint, credant in Christum legis perfectionem, et poterunt
 erudiri de aessatione legalium. Non enim Iudeis oessant legalia seruanda, nisi credant
 in Christum, alioqui stante infidelitate magis pec cbunt, si legem suam non seruent,
 130 contra conscientiam agentes. Sunt autem primo docndi de Christo, postra de gracia et
 fide: sic tandem de libertate Christi na, sic et superstitiosi docendi. Bonus minister,
 qui bona bene praedicat ad utilitatem et fructum fidei. Malus igi tur minister erit, qui
 non est assecutus bonam doctrin am qui non est enutritus in uerbis fidei, quantumlibet
 alio qui multa didioerit, qui nonChristi Iesu, sed sua gloriam et utilitatem sectatur: qui
 135 quaerit quae sua sunt, non quae Christi, qui dooet non nubendum, qui suadet uouendam
 perpetuam castitatem, quod in uerbis fidei nusqua continetur, qui delectum doct in abo,
 tempore, et caeteris ceremoniis non a Christo institutis, uel qui uerba fidei non doct
 qui proiicit margaritas ante porcos scienter etc hi mali ministri non sunt audiendi, sed
 instruenduel eiiciendi.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.103]

140 Quam assequutus es y Quam a me didicisti, non nouum aliquid comminsoens, non neuas
 quaest ones inquirens, non noua mendata proponens, sed quae a me didicisti, uerba fidei,
 haec diligenter fratribus in culca Sic nec ipse Paulus aulus erat aliquid dogre, quod non
 in se fecit, uel docuisset uel reuelasset Chri stus Nostri autem non sic agunt, breuiter
 euangelium recitant, deinde sua ad longum ingerunt, nisi quod nunc dei gracia talcs non
 145 audiuntur a fratribus, quia semel gustauerunt doctrinam uerborum fidei.

Ineptas autem et anileis fabulas deuita: exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est et futurae.

Didicerat a Iudaea matre sua Timotheus multas fabulas, quas ualde Iudaei admirantur
 unice, et nunc Cabula dici uolunt aliqua, et pueris ac puellis legenda permittunt, sicut et
 nos legendas sanctorum et apocrypha. Vult Paulus nihil horum praedicari, sed tantum
 uerba fidei et sacras scriptu ras, et imbui oertissimis ueritatil us non fabulis Non sunt
 150 pueris fabulae poëtarum proponendae, sed fidei

COMMEN. IN PRIOREM

[p.104]

fomenta, et morum, multo minus in ecclesia aliquid praedicandum, nisi canonicum ac
 probatum. Pietas qui dem est cultus dei. Is uero deum uere colit, qui fi de et charitate
 fertur totus in deum, et ex eadem fi de et charitate propensissimus fertur in omnia cha
 ritatis officia proximo impendenda. Is deum colit, qui sua mandata facit, qui obedit suis
 155 iussis. Non qui saepe et multum uersatur in humanis quibuscunque traditionibus, sed qui
 deum, et proximum propter deum diligit. Haec est uera pietas, hic uerus et legitimus
 dei cultus, haec religio Christiana. In hisse exeroere debet episcopus, non in cantu,
 oeremoniis, uestibus, ornatibus, et caeter. plaere, sed in pieta te. Hic salioet plenus
 fide et charitate litterarum studio et peritia instruat populum, sit sollicitus ne oues errant
 160 in fide in moribus placidis. Et ita inhortetur ut nemo inuidia fouens laedat charitatem
 in ecclesia, nemo alteri noceat, uer bo aut facto, nemo egeat necessario uictu et amictu.
 Haec sunt pietatis officia, istae oblationes deo placetes, his sacrificiis promeretur deus,
 hic cultus dei et uita Christiana, et digna, imo necessaria episcopo.

Corporalis exerdatio) Sicut cor poralis castitas et ui rginit as, tetunium, uigiliae,
 165 peregrinationes, paululum et tin casu prodesse possunt, sed et obesse saepe sic et de
 multis aliis Pictas autem de qua diximus gra

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.105]

ta est deo et hominibus: prodest nobis et proximo non est inauis et infructuosa. Imo
 quicquid non in gloriam dei et proximi utilitatem referri potest, in utile est, et corporalis
 exercitatio non spiritualis dicitur.

170 Promissionem) Promissionem huius uitae habet, quia eadem mensura, qua mensi
 fuerimus etc. De operi bus minime in extremo iudicio praemiabimur. Fides in Christo
 hic nos beat et in futuro. Cha ritas proximi, est impletio omnis legis, quae omnino non

175 praeiudicare debet charitati, nec exercitatio cor poralis quaecunque , nec uotum, nec promissum. Cultui enim diuino quid praeferrí potest? Obedientia autem dei, nóne cultus dei?

Fidelis sermo, et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et male dicimur, quia speramus in deo uiuo, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.

Erasmus: Indubitatus sermo dignusque' qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc et laboramus, et probris afficimur, quod spem fixam habemus in deo uiuente, qui est seruator omnium hominum maxime fidelium.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.106]

180 Attentum uult discipulum et episopum ut sibi cer to credat et doctrinam, ut uerissimam amplectaiur, non diffi dat siquos uideat alia docentes et agentes, uerosque apostolos, et uerum euangelium persequentes fa£ ctis et uerbis, licet enim ad horam periclitari uidean tur propter ueritatem, quia tamen sperant, et omnem fiduciam collocauerunt in deum, omnia moderantem et omneis homines inse credentes sa uantem, qui deus uiuus est, non idolum, non ignarus, non inuidus, non tyrannus. Ideo et nos qui irfideles sumus sine dubio suo nondestituemur auxili, nec ueritas per nos praedi cata aliquando succumbet, sed triumphabit, et nos cum illo in gloriam dei qui omnium saluator est, maxime fidelium.

185 Fidelis sermo I Peculiare uerbum apostolo aliquid asseuerare uolenti ne ab aliquo uel hesitetur uel uel negligatur ut inutile uel casu dictum. Vult autem intelligi euangelium quod praedicauerat Ephesiis et edocuerat Timotheum propter quod sine intermissi one perpetiebatur multa.

190 In hoc enim et laboramus, et maledicimur, Propter hoc euangelium multa passi sumus, et ad huc patimur, tanqua falsi doctores, subuersores ueri tatis, speudoapostoli et apostate a lege paternarum traditionum. Et mala multa de nobis loquuntur et im precantur mala.in tantumut etiam nobis id uitio detur

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.107]

195 et crimini, ausi simus tales deceptores et falsi do ctores et subuersores uerborum dei adhuc sperare in deo uiuo, cuius ipsi nos blasphematores uideamur. Ipse dominus deus noster, cui seruimus, cui obedimus in praedicatione euangelii, in quem confidimus, cui nos totos credimus, ipse seruator est oim hoim etc.

200 Saluator est om. I Pro omnibus sollicitus est, omnes suas creaturas diligit, suum filium ex amore maxi mo pro omnibus tradidit, solem suumsuper omnes diffundit, salutis consilia et remedia nemini negat, ci£ tra condignum punit, omnes uult saluari, uiam sa lutis aperuit omnibus.

205 Maxime fidelium I Toto corde sibi credentium fiduciam omnem collocantium in eum, qui uerbis suis credunt, qui praeoepis acquiescunt, uoluntatem suam faciunt. Non facientes poenitent, non poenitentes dolent se non poenitere. Orant pro peautis in no mine Christi, iusticia Christi et meritis confidunt, de se sperant. Hi tales fideles sunt et eorum certissimus sal uator deus est, qui per Christum saluat fideles tanquam filios,

amicos et intimos quos dimittere non potest.

Praecepta haec et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed esto exemplum fidelium in omni uerbo et conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.108]

Erasmus: Praecepta haec et doce. Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed esto forma fidelium, in sermone, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate.

Haec praecipere et docere confidentiam in deum in omni labore et maledictione, pietatem ueram seruandam prae omnibus. Nihil praeter scripturam docendum, fabulis non attendendum, matrimonium non interdiciendum, cibos non respuendos tanquam animae damno sos etc. Similiter quae de Christo docenda praescripsi breuibus, haec inquam praecipere et docere, non humanas doctrinas uel traditiones.

Nemo adolescentiam tuam contemnat) Actas senectutis, uita immaculata, deus mentes magis com probat, quam aetates, non tanquam inexpertus spiritalium loquaris. Non adolescentium more agas et doceas, licet adolescens sis, factis ostende et doctrina et moribus ut adolescentia tua promereatur honorem senectutis: quod adolescentia detrabit auctori tati, hoc morum et doctrinae maturitate aedet. Ideo per auctoritatem praecipias et doccas, ut non humana, sed ex spiritu proueniens doctrina credatur, ut non ob adolescentiam doctrina spernatur, sed ob maturitatem et soliditatem doctrinae ueneretur ad

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.109]

220 lescentia, et a nemine sperni possit.

Sed esto exemplum fidelium) Hoc est tandem uiliter praecipere et docere, si prius feceris, si exemplar honestatis, in uerbo et conuersatione praestiteris, si comprobaueris uerba factis, si uita non doctrinam condemnet, sed perjuadeat, non uerba sufficiunt coepit facere et docere princeps pastorum Christus. Exemplar autem sit primo in sermone, ut nihil nisi scripturas sacras doceat, et solidam doctrinam, semper de honestis loquatur, obloquatur nemini. Omnia interpretetur mitius, increpet detractatores. Sit apud eum est, est: non, non. Secundo in conuersatione, ut humiliter, mansuete, pudice, sobrie, amanter, ad omnes se exhibeat, paratus omnium commodis promouendis. Sollicitus de necessitate proximi magis quam propria corporali et spirituali. Tertio in dilectione dei et proximi. Propter deum in corde, non solum et opere prosit ex animo, non hypocritice, non ob commodum priuatum, etiam inimicos, externos, immeritos, ingratos. Quarto in fide, ut totus ex deo pendeat, se deo totum committat, omnia quae eueniunt deo accepta firat, non dubitet de gratia dei, Christi beneficia credat, et iugiter meditetur, dei gloriam quaerat in omnibus, uerbis det assistat, credat discat, doceat ueritatem fidei

COMMEN. IN PRIOREM

[p.110]

235 et scripture, non ferat infideles et caetera. Quinto in puritate, fides hoc cor mundum creat. Verba spurca non patitur, opera turpia exhorrescit, nihil mixtum, uarium, impurum,

duplex, admittit, sed omnia sunt simplicia dextra, certa, pura, et sincera quae agit et loquitur. Castitatem eatenus seruet, ut libido regatur et non regat.

Donec uenero, attende lectioni, exhortationi, et doctrinae.

240 Non praestoleris oculos aduentum meum, noli mihi reseruare, quae tu poteris praestare. Lectioni interim instesscripturarum sacrarum, unde possis tibi et subditis proficere. Non erunt in manibus tuis nisi sanidives, non philosophia, non quicquid mundani docent, sed lex et prophetae et psalmi, idest canon scripture ueteris. Euangelia apostolorum traditionibus discebantur donec describerentur et euulgarentur per discipulos, haec legebantur non fabulae gentilium uel Iudaeorum.

245 Exhortationi) Ad fidem Christi et mores apostolicos, non cogendo, sed hortando instituas imperfectos, uicia infirmitatis dulcibus uerbis perfruas, non mandas, non minaris, non increpas, sed exhorteris suaviter et instanter.

Et doctrinae) Ex scripturis proba, ostende, convince, doceas fidei se habere omnia iuxta dei legem, et

TIMOTHEI EPISTOLAM.

250 sacras literas, ut tu praedicas, ut non sint inerti, et operantes, sed fide scripturarum solidentur in doctrinis sanis apostolicis, quales a me suscepisti.

[p.111]

Ne neglexeris quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum, autoritate sacerdotii.

255 Donum prophetiae hoc est in interpretandi sacras literas affluentius tibi datum erat, quam caeteris, ideo episcopus ordinatus est, cuius est docere legem dei, nihilo minus tamen lectioni instare iubetur nedesit locorum collatio, ut certior interpretatio habeatur. Non enim quilibet passim concinata enarratio sufficit sed quae desumitur ex scripturis, nisi ubi manifesta sit lectio Hanc prophetiae gratiam uide ne negligas, ne talentum creditum tuum odias, sed usu et exercitio quotidiano usum comportes domino tuo debitam et redendam et exigendam.

260 Cum tibi presbyteri et seniores imponerent manus, ut esses episcopus per prophetiam habebant de te, quod idoneus esses huic officio. Et quod gratiam ac donum spiritus susceperis Jesu docendi ecclesiam et donum prophetiae. Bene utere sollicitate et ne negligas, sed doce exhortare, et fac iuxta acceptam a deo gratiam per impositionem manuum, quoniam certum est,

COMMEN. IN PRIOREM

265 adesse tibi haud dubium quin in profectum ecclesiae tuae ne sis ut seruus ne quam domino, et ecclesiae infidelis.

[p.112]

Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinae. Insta in illis. Hoc enim faciens, et te ipsum saluum facies et eos qui te audiunt.

Admonui de lege domini praedicanda, non fabulis et Christianae fidei articulos, instare lectioni, exhortationi, ad fidem, spiritum, dilectionem, puritatem conuersationem et sermonem. Haec inquam medita re, ut apposite, utiliter, et sufficienter de eis loqui possis, non temere, sine praemeditatione Nondum commen dau i sacrificia, missas, baptismos et
270 ceremonias, de quibus non est tanta necessitas. In his quae tibi proposui esto, studium omne confer, jet sollicite cura ut fi£ ant, et ita fiant, ut pro ea proficias patenter in omni bus tibi subditis, ut prosit ouibus pa toralis cura tua ut sciant ex commodo suo spirituali se habere episoopum, doctorem et curatorem. Ne semper in eodem maneat populus, sed de bono proficiat in melius, in fi£ de et conuer satione Christiana crescat indies.

275 Attende deniq interim et tibi, et doctrinae, ut cul pa non redarguat doctorem, non contrauenias exem plo, eis quae docueris, et ut doctrina tua sana sit, et ut

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.113]

praeter talem nemo subintret, alius aduersa docens sed et ceu firma et certa teneatur et credatur ab omnibus, ut proficiant non deficiant.

Insta in illis, ut et docendo et agendo, tu et po pulus proficiat: illa inqua non alia
280 propone, inculca, defende, quae si pro uocatione et gratia dei feceris, et officio tuo incubueris etc.

Teipsum saluum facies, euades iudicium nequa et infidelis serui, et pastorum negli- gentium, et sua quaerentium, gregem deserentium et perdentium, non audics grauem
285 comminationem et dannationem, te omnium eximes periculo, etiam si non acquieuerint, etiam si contemnent et reiiciant, non credant et damnant. Tu tamen liberabis ani mam conscientiam tuam, principi pastorum obediendo.

Si uero audierint, et obaudierint, si monitis et doctrinae tuae dociles animum appo- suerint et pro fecerint in ea, etiam tu eis causa salutis eris, ut una tecum saluentur, et salutis suae fidem ministrum grex grata agnoscet coram deo.

CAPVT V.

SEQVITVR licet exemplaria quaedam adiecerint quarto capiti quae sequuntur, usque ad Viduas honorandas.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.114]

Seniorum ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, iuuenes ut fratres natus ut matres, iuuenulas ut sorores in omni castitate.

Erasmus: Seniores ne saeuus obiurges sed adhortare ut patrem, iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres, iuniores ut sorores cum omni castitate.

Modestia et lenitas iuncta autoritate, necessaria sunt in episcopo, et ut neminem non

5 obseruet, omnes curet, omnibus prospiciat et medeatur. Non negligat etiam si maiores sint aetate, si quid contra ea quae decuerit ab eis fieri et committi uideat, hoc est contra legem dei, id autem faciat comitate et pia admonitione, non seuera correptione.

Seniores non facile ferunt a iuniore mo neri, multo minus increpari seuerius, et tamen eorum insolentia neutiquam dissimulari debet, ne ob senium in autoritatem et exemplum trahatur a iunioribus procliuioribus ad mala sectanda. Corrigi ergo debent, sed non saeuitia, non duricia uerborum, sed blandiciis, lenitate et quasi reuerenti insinuatione admonendo potius contumeliis irrogandis, quae ferri non possint a seni bus, sed potius irritantur mags exasperati. Seruan

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.115]

da igitur reuerentia aetatis, sed tamen non intermitten da admonitio transgressionis, sed leniter et obsecra tione, non imperio uel increpatione. Si uero senes omnino stulti sint, et inueterati dierum, publico scan dalo patrocinales autoritate senectutis suae, Danielis exemplo utendum est, et pro rei indignitate tractandi. Semper tamen decet, iuuenem praelatum mo destia in uerbis, de quibus hic agitur ad senes, quatinus magis condolentia et dolor malitiae et rigoris neoesitas urgere uideatur, quam contemptus senectutis et praesumptio praelationis, quam iuuenes declinent.

20 Iuuenes ut fratres) Solemus uariis modis allo qui et corrigere fratres insolentes, iuxta cuiusque indolem ut unum alloquemur durius, alteri familiaris, et affectu dulcori conuenimus, aliquando et ir ritamus uolentes turbari, ut citius resipiscet. Nunquam tamen infamia publica eos inuri patimur, praeue nimis incommodum famae et corporis, oontra ex ternos acusatores pro uirili excusamus, defendimus et uindicamus familiariter 25 duri, si expediat: publice fideles et propugnatores. Sic concliamus fratrum animos, sic emendamus, sic proficimus, omnia ex sinoe ra, naturalique; fraternitate consulentes et adaptantes. Sic ad Christianos omnes et coëtaneos affid debe

COMMEN. IN PRIOREM

[p.116]

mus et agere ut consulamus ut facile corrigantur, si amorum tantum causa admo neantur uel etiam corripiantur

30 Anus ut matres) Honorifice alloquendo, commouendo, dedecus suum ostendendo. Erubescantiam uel ruborem iniciendo, ex rei indignitate proposita non contemptu, odio, maleuolentia uerbis mode stis, ne irritentur potius quam emendentur, et ad desperationem adigantur et obruantur tristitia, bis contemptae.

Iuueneculas ut sorores, in omni castitate) Amanter alloqui consueuimus sorores, et 35 sincere, sincque formae et libidinis habita ratione, sed tantum ut consulamus honori et rebus agendis. Sic dum Episcopus parrochus necessitate adigitur ad alloquendum iuueneculas, id breuiter faciat sincere grauiter et cau te, omnia leuitatis signa cauens. Verecunde et com posite ad disciplinam se habens circa eam, ne aliquo peoato suspicionis sinistre iudicium proferat, et ca stitatis lubrica fama periclitetur, etiam si nihil mali 40 intercedat. Ab omni enim specie mala abstinendum maxime episcopo. Lubrica autem est fama pudoris inter iuueneculas praecipue et adolescentemepiscopum, quantumlibet grauis sit moribus. Nemo enim satis, et omnibus horis sapit hac in causa alioqui lapsiens.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

CAPVT V.

[p.117]

VIduas honora, quae uere uiduae sunt. Si quae autem uidua filios habet aut nepotes habet, discat primum domum suam regere et mutuam uicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram deo.

Erasmus: Viduas honora, quae uere ui duae sunt. Quod si qua uidua liberos aut nepotes habet, discant primum propriam domum pie tractare, et uicem rependere maioribus. Hoc enim est honestum et acceptum coram deo.

Ex consequentibus contextuque ; sermonis intelligitur, is honor deferendus uiduis, ut praecaucat ne uere uiduae, quae sunt marito, filii, nepotibus et di uitiis destitutae pariter sunt, id est neminem habent sui curam habentem, istis uiduis honorem habeat episcopus eatenus, ut non paciatur talem contemni, male auditam indigere, odiri, turbari, molestari.
 5 Ipse episcopus si uere sit uidua ecclesiae nomine talem foueat, defendat, iuuet, consoletur, et de sumptu eccle siae et oblationibus collectis in Synaxi fidellum prouideat talibus uiduis in communi de necessariis. Et id intelligendum de omnibus eadem miseria labo

COMMEN. IN PRIOREM

[p.118]

rantibus pupillis, orphanis, infirmis, peregrinis, elerias, et qui sua pauperibus erogarunt et postra egent necessariis. In summa caueat episcopus, ut nemo inter Christianos sibi subditos indigeat et mendioet Honora id est non patiaris miscere, despectique eam uiuere
 10

Si qua autem) Si aliqua sit non uere uidua, solum quidem marito uiduata, supersunt autem ei filii et nepotes, istam non curabit necessario episcopus, sed filii et nepotes, si indigeat, uictum minisirabunt et amictum. Ipja uicissim eos regat, instruat, moneat, et si potest, nutriat et foueat, et eduoet. Similiter eisdem obsequium humanitatis praestans, quale ipsa a suis susceperat parentibus. Debent enim patres thesaurizare, filii non coutra
 15 Nec suscipiatur ad collegium uere uiduarum, sed domui et familiae suae potius prae sit et incumbat Hoc enim placet deo, ut prouectiores aetate et prudentia iunioribus praesint, et qui aliis benefacere possunt, non patiantur ocosi sibi benefi eri et offitium capere.

Disat primum domum suam regere) Non intromittat se in ministerio ecclesiae deseruendo dimissa familia filiorum, nepotumque suorum: istis potius praesit, et benefaciat, et regat domum propriam Quam ubi bene rexerit, et regendo exercitator fuerit, postea ecclesiae descruire legitime poterit si
 20

TIMOTHEI EPISTOLAM.

haec ad hoc per episcopum sexagenaria delegatur.

[p.119]

Quae autem uerem uidua est, et desolata, speret in deum, et instet obsecrationibus et orationibus, noctu dieque'. Nam quae in delitiis est, uiuens mortua est.

Erasmus: Porron quae uere uidua est ac desolata, sperat in deo et perseuerat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieque'. Porron quae in delitiis uersatur, ea uiuens mortua est.

25 Describitur hic uere uidua, quae salicet desolata est omni solatio huius mundi, caret
marito, filiis, nepotibus, possessione: sperat autem in domino, et omnem spei suae
fiduciam collocat in deum, qui pupillum et uiduam suscipiet. Non utitur hoc mundo,
non sectatur gaudia huius mundi, libidines carnis, sed continuo uacat orationibus, et
audientiae uerbi dei, seruitio indigentium, consolatione afflictorum, sine intermissione
30 curat quae domini sunt, exo nerata molestiis huius uitae et curae domesticae, et quo modo
placeat marito, sed deo uacat soli, Talis uere uidua est, id est, desolata apud mundum,
deo autem coniunctissima, die, noctuque sicut de Anna legimus, quae Christum suscepit
in templo oblatum. Vidua uero illa quae in delitiis uersa,

COMMEN. IN PRIOREM

[p.120]

tur, non seruiens deo, nec uacans orationibus, sed abutens libertate, delitias sectatur ocio,
multiloquio, uinolentiae, libertate in occasionem carnis tradita uacat. Talis ut maxime
35 suauiter iuxta carnem uiuat, sed mortua est spiritu et gratia dei priuata. Christo non uiuit,
quo dicitur pietati non uiuit. Tales ab ecclesia nutriri non debent, cum sint opprobrium et
diffamia ecclesiae. Sed corrigi potius et puniri, si quo modo reuiuiscat in Christo per
poenitentiam.

Et haec praecipe, ut irreprehensibiles sint.

40 Etiam hic hoc pertinet ad tuum officium, ut doceas eas esse tantae maturitatis et circum-
spectionis, ut nihil de eis sinistri suspicari et dici possit, ne laxius uiuant ad libertatem
suam in uiduitate, et scan dalo sint ecclesiae, etuideatur quod non ob religionem et
castitatis amore abstineant ab iterando coniugio, sed ad satisfaciendum dum libidini sine
timore mariti, quo carent.

Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, et est infideli deterior.

Erasmus: Quod si qua suis et maxime familiaribus non prouidet, fidem abne

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.121]

gaut, et est infideli deterior.

45 Licet haec sententia interiecta, uideatur dici de uidua, quae non est uere uidua, quae
filios et nepotes habet, et curare iubetur familia, potius quam ut uel ecclesiae iungatur
alenda uel eidem ministratura, sed potius suae domui praesit et insituat ac re gat, sicut
reuera hoc de uidua Paulus retulit. Verumtamen generaliter eatenus hoc pronunciauit,
ut uideatur uoluisse id uniuersaliter, et de uiris et mulieribus uiduis et maritis esse

suscipiendum, et de omnibus communiter, ut neminem sic uelit curare aliena, ut propria
 50 familiae suae necessaria, et domesticorum quibus dei prouidentia, rector et prouisor
 constituitur curam reiciat, et ea tamen ratione orationi uacare eligat, ut non cogatur
 proximi necessitati seruire.

Hic iubetur paterfamilias et materfamilias domesticorum curam diligenter gerere,
 non secus ac si a domino spiritualiter eorum curam demandatum accepisset Quod si
 55 abiiciat huius munus a deo impositum curam dae familiae, instituendae proli, regendae
 domus, modo etiam sustinendi pro proximo, et secundum carnem de quibus deus mandauit,
 et uelit obmissis istis uacare propriae deuotioni ecclesiae ministrare, religiosius ad speciem
 fieri et deo secundum proprium sensum seruire

COMMEN. IN PRIOREM

hic tantum abest ut deo placeat, ut magis infideli sit deterior, qui curat familiam quod
 60 iussit, natura, et deus: hic autem quod sibi placitum est eligit, et quae mandauit deus,
 obmittit, et deum mendacem et mirabilem facit, aliud uelle, aliudque iubere credit
 quod est contra fidem. Infideles enim naturae ductu prospiciunt proli et proximis, et id
 deus praecepit. Id hii abundantes suo sensu despiciunt, et propter traditiones proprias
 humanas, transgrediuntur mandatum dei.

[p.122]

*Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius uiri uxor in bonis
 operibus testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit. Si sanctorum pedes
 lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsequuta est.*

*Erasmus: Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit unius uiri uxor, in
 operibus bonis hominum testimonio comprobata, et si filios educauit, si fuit hospitalis,
 si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministrauit, si in omni opere bona fuit assidua.*

65 Ecclesiastici primitiuae Ecclesiae erant omnes pau

TIMOTHEI EPISTOLAM.

peres, orphani, pupilli, et imprimis uiduae, orbatae, uel desolatae uiris et nepotibus uel
 filiis. Et bona ecclesiae erant, quae sabbatis post auditam fidei doctrinam colligebantur,
 et collecta bene dicebantur, et per diaconos ad episcopi dispositionem ecclesiasticis
 70 talibus dispergebantur, de quibus et episcopus et diaconi cum sua familia, uxore scilicet et
 filiis sustentabantur ad sufficientiam, non abundantiam uel luxum. Peregrini etiam fra-
 tres reficiebantur et uirgines pauperes et infirmi. Successu temporis testamenti fidelium et
 munifica largitione diuitum uisum est huic usui et educationi indigentium alicubi quidem
 decimis, alicubi possessionibus agrorum et domuum etc. Tandem deuotio principum
 et Christiana religio eorum terras et prouentus in usum ecclesiasticorum contulit et
 75 commendauit religiosioribus uiris, et probatae sanctimoniae, quos et monachos appellabant,
 ut illi dispensarent quotannis et semper egentibus et sacris literis incumbentibus et
 in spiritualibus populo seruiem tibus, orphanis, uirginibus, uiduis, hospitibus. Sunt
 enim usque hodie in nobilibus religiosorum monasteriis ordinationes de lectionibus
 sacrae scripturae, per totum annum in choro, hospitalarii, infirmarii, uirginum uisus res,

[p.123]

80 scolastia qui praesunt pueris instituendis, plebani. Episcoporum uero munus eratponere ad populum, semp tamem mansit festis dieb, collecta et oblationes pro ccle

COMMEN. IN PRIOREM

[p.124]

siasticis, sed pro temporis longitudine et morum imitacione omnia inuersa sunt, ut bona ecclesiastica uene rint in maximum abusum quem uidemus. Episopi prina pes facti sunt, monachi satrapae, religiosi caeteri plus quam mundani euaserunt. Et qui
85 spirituales dicuntur, toti funt facti animalia uentris. Hodie nonuirgines, non ui duae-sexagenariae eliguntur, sed meretrioies et iuuemculae perditissimi nebulones et lenones et adulteri nutriuntur, imo impinguantur, luxuriantur de bonis illis ecclesiae. Pauperes omnino negliguntur a clericis quicquid corrodere possunt, hoc reponunt in omnesus, unde augeatur in immensum multitudo pditissimorum scortatorum spuriorum et moretricum, omnia sub praetextu nominis et cultus diuini. Qui uero saeculares et prophani dicuntur et non ecclesiast a, hi pro ho spitibus et infirmis uiris et mulieribus, pro horrendis hominum plagis et miserandis infirmitatibus, pro pupullis et orphanis sollicitudinem gerunt, uere ecclesiastici, re et officio et cura insigni et chri stianissima etc. Viduae non omnes assumebantur ad tutelam et annonam ecclesiae, sed eligebantur ad praeceptum
90 apostolorum ut hic uidemus, uiduae illae tantum quales hic describuntur, non minorii aetatis quam sexagenaria: ne semel susoepta in curam ecclesiae, cum probro magno ad coniugum redeat, et ne im

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.125]

pudiatiae suspitio inferatur, et quod ad aetatem ista uiŕ ribus destitutae manuum labore se nutrire non possent Eligebantur deniq uere uiduae, non illae quae filios et nepotes regere debebant et diuites, sed destitutae.

Quae fuerit unius uiri uxor) De qua non possit esse suspitio intemperantiae in tali aetate, qualis notaretur, si multoties nupsisset, et de maritorum possessionibus ditior euadere potuisset. Laus erat non solum in ecclesia prima, sed et apud gentiles, si nuptiis secundis abstinuisset mulier. Et non parua no ta habebatur, et dedecus si repetisset
105 maritum, hoc et apostolo placuit, ut continentur uiuant et non ite rent matrimonium si sint prouectae aetatis. Mandat autem et uult uiduas iuniores nubere quod tutius sit et ne aessarium remedium incontinentiae et periculum maŕ gnum cauetur et scandalum multiplex. Quod autem hic quasi peaatum punire uidetur secundas nuptias, cum secundo nuptam a stipe ecclesiastica reiicit, hoc agit consulere uolens honestati et fidelium famae
110 apud infideles nolens id honoris deferre eis foeminis, quae ob impudicitiae notam a gentilibus reproba bantur, cum hic tandem ageretur de corporali subsidi o, quod talibus ab aliis poterat et modis aliis compensari. Interimque ; consulebatur paci et tranquillita u reliquarum uiduarum ecclesiasticarum, quae non si

COMMEN. IN PRIOREM

[p.126]

ne murmure huiusmodi admississent suo contubernio uel ae quari eis sustinuissent. Et
115 conscientiae interim nihil adimebatur, quam ut liberam seruaret, uel inuitis uel damnant-

tibus gentilibus, qui secundum mundum sapiebant, improbantur secundas nuptias in mulieribus, non in uiris. Ipse fidelis existens Apostolus, non solum permittit, sed et iubet secundas nuptias iunioribus uiduis, ne deterius aliquid contra deum peccetur, quod hoc indulto possit praeueniri. Aroet autem huiusmodi ab annona ecclesiastica, consulens
 120 famae, paci, et castimoniae non ut apud deum ream, sed infirmorum infamatiōni obnoxiam apud gentes, sicut et sterilitas foeminae et uxoris apud Iudaeos probro non carens. Similiter infra eadem ratione aroetur, quod constat carere noxa apud deum et homines, sed non apud Iudaeos: quibus sicut benedictio erat generasse filios et promissionis donum, sic caruisse maledictio reputabatur, et ut infausta et misera plange batur. Et
 125 sterilis diu mulier si peperisset tarde gaudium omni et toti uiciniae proferebat maximum.

In bonis operibus testimonium habens) Exigebatur exercitium exactum in sanctis operibus, maxime autem charitatis et miseriae, et ut celebraretur eius dignitas toti ecclesiae a qua sustentanda erat, ne forte fauore et falsa laude promotam dicerent, sed conspicua

TIMOTHEI EPISTOLAM.

130 essent multis testibus sancta opera eius.

[p.127]

Si filios educauit) Non dicitur si peperit, licet id uideri possit significasse, sed si educauit, suppleendum laudabiliter, religiose, honeste. Quod si ut uidetur filias educasse, est simul quoque genuisse, ut sterilis aroetur a stipe, hoc in gratia Iudaeorum contigisse respondebitur. Mihi hoc probabilius uidetur, maxime cum sterilis tanta aetate molestiis
 135 puerorum carens, sibi laborando prouidere poterat de senectutis sustentamento. Similiter si filios generans, amisisset nondum eductos. Malo haec dicere quam addere uerbis Apostoli, uel laudabiliter uel fideliter, licet improborum filiorum uel filiarum mater etiam possit detestabilis uisus fuisse contubernio illo sanctarum uiduarum. Negari enim non potest infelicissimum esse apud Iudaeos uxoris sterilitatem.

140 Si hospitio recipit) Hospitalitas in ueteri et noua lege impense laudetur, et Apostolorum tempore susceperunt praedicatores euangelii, magnum pietatis officium habebatur, nec fidelis apparebat, qui huiusmodi aliquando exclusisset. Nec digna ecclesiastico nutrimento, quae plantatores ecclesiae repulisset.

145 Si sanctorum lauit pedes) Sine calciamentis ambulantium primum hospitalitatis et facile beneficium est lauare pedes. Hoc Abraham et Loth

COMMEN. IN PRIOREM

docuerunt exemplo suo, ut fatigati quiescant suauius. Exemplo quoque suo memorabili Christus commendauit hic officium charitatis et praecepit mutuo a discipulis exhiberi ob humilitatis exerantium, quae charitatis fomentum esse solet. Sanctorum dicit pro
 150 praedicatione euangelii discurrentium et fidelium in causa fidei laborantium, uim peregrinationes et exilia sustinentium pro ueritate.

[p.128]

Si tribulationem patientibus ministrat) Si enim ex euangelica doctrina omnibus patientibus tribuendum est, si praedicatoribus nihil possidendum si pro euangelio omnia dimittenda, si multa patientia, si de ciuitate in ciuitatem fugiendum, si non claudenda uisura ab aegro inspecto, si in opera misericordiae profundenda sunt omnia, si nihil

155 proprium habendum, quod non sit paratus impartiri egenti Christianus, certe ecclesiastica
disciplina spiritum sanctum ab apostolis edocta est, ut huiusmodi de paupertate non
fraudentur necessarii, sed Christi praeceptis obedientes: Christi prouidentia non egeant
ne aessarii. Non enim potest id fieri, si iuxta euangelium uiuatur, ut desit alicui uitae
160 neoessarius prouentus, et suppetentia, quibus oentuplum et in hac uita promittitur.
Dicitur autem tribulationem patientibus, non oblectamenti, curiositatis, instabilitatis,
auaritiae, su

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.129]

perbiae, consolationis gracia discurrentibus subministranda huiusmodi. Sed pro ueritate
et euangelio patientibus, hospitalitas laudatur et numeratur. Fuerunt enim et tunc ut nunc
pseudoapostoli, qui domus uiduarum deglubebant uariis doctrinis, seducebant, ueros
165 Apostolos persequebantur, commo dum et solatia propterea sectabantur, non his, sed pa
tientibus tribulatione in ministranda necessaria.

Si omne opus bonum subsecuta est) Si nullum opus bonum obmisit, quod commode
faoere potuit, et omnibus pietatis officiis dedita fuit. Si in omni ope re bono assidua.
Non sufficit unum uel pauca egisse bona, nullum obmisisse laudabile si modo non
170 defuis set facultas. Huiusmodi uiduas ecclesia nutrire debet Et non solum uiduae, sed
omnes etiam uiri his recitatis laudibus digni, de bonis ecclesiae debent diuino iure
sustentari. Ecclesiastica bona non sunt templorum et aedificiorum et pinguium ac
otiosorum clericorum sed pauperum hominestorum et necessitati habentium. Maxime
autem illorum, qui profuderunt in usus pauperum sua propter euangelium et in pietatis
175 operibus assidui, habuerunt temporalia sua neglectui ac cotemptui.

Adolescentiores (iuniores) autem uiduas deuita.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.130]

Noli ad stipem ecclesiae suscipere, et ad contubernium sanctarum uiduarum iuniores
sexaginta annis, periculum enim est, ne carnis illecebra ante id etatis non tota coessauerit,
ne uicta libidine uel se matri monio iungat, uel inurat diffamiam ecclesiae in tem perantia
uitae, ne suspitio subeat cohabitationum uel collegium caeterarum, ocio dissolata, uel
180 titillatione libidinis. Non est tutum imo suspitione non uacat, frequenter episcopi
ad uiduas iuniores, a qua omnimodo antistiti et doctori abstinendum, Non exoeperit
Apostolus negotium confessionis et secreti conalium conscientiae et scrupulandorum
explicandorum, quod hactenus multum ualuit, et ut neoessarium a monachis et plebanis
praedicatum, in omnibus Apostolorum epistolis et ordinationibus neglectum, ut nec semel
185 hoc in iunioribus uel admonuerit quod hodie solum inculcant religiosi uiri etc. Viduas
intelligi puto omnes iuniores foeminas extra matrimonium uiuentes, ut sunt maxime
sanctimoniales, et ubicunque sandalum, uiolentaque suspitio nasci possit.

*Cum enim luxuriatae fuerint in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia
primam fidem irritam fecerunt simul autem et ociosae discunt circuire domos, non solum
otiosae, sed et uerbo*

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.131]

sae et curiosae loquentes quae non oportet. Erasmus: lasciuire coeperint aduersus Christum. et: Primam fidem reiecerunt

Iuenculae uiduae adepta per mariti mortem libertate, et discusso iug timoris et uerecundiae, exper taque uoluptate, dum licentius uiuere inaptunt, et non uitare oeeasiones
 190 impudicitiae, incipiunt periclitari, et uina libidine, cohabitatione et incauta familiarita te.
 Et sic sensim prolabuntur in luxuriam et lapsum crnis sandalizantque et infamant Christi
 ecclesiam, et Chrissianum nomen quod propter cas blasphe matur. Et quod secretius
 egerunt, publica diffamia de tegitur, et luxuria earum propalatur. Quam ignominia dum
 eudere et contegere uel excusare aupiunt, nubere uolunt, et matrimonium praetexunt
 195 uel de nouo ineunt.

Habentes damnationem) Primum quidem in consaentia, et penes se consaee sibi
 turpitudinis. Deinde etiam publice reiecisse fidem comprobantur, dum fi ctam caslitem
 fuisse testantur, et non ueram, nunquanque ; ex animi sententia et ex fide continuisse
 uidentur, sed ex necessitate dudum aliud facturae si per timorem et ze lum mariti licuisset,
 200 si tamennon simile temptasse ma ritata credatur:facile enim peiora persuadentur.

Simul autem et otiosae discunt enim circu. IDu plo plaxt his uiduis licentia post
 coactam continen

COMMEN. IN PRIOREM

[p.132]

tiam gaudent se a nemine impediri, domi solitudo displicet, inuitatio passim plaet. Dum
 non est eis curam da familia domus, ociosae sunt, parta dilapidant donec extat aliquid,
 205 ociosae circuncursant per alienas aedes, rumores circunferunt et comportant, et au gent
 suo more mendaciis, uerbosae, insigniter loqua ces et nugaces, uanae et leues, neminem
 uerentes, li bertatem suam in carnis delitias ordinantes, curiosae rerum nouarum, et
 quicquid passim dicitur uel agitur perquirentes, totam diem ociose, uerbose, et curiose
 exigunt, et uanae leuesque´, dissolutae, domum redeunt in confusionem reliquarum
 210 uiduarum et de mortui mariti, propriamque´. Garriunt perpetuo uana et otiosa, et quae
 eam prorsus dedeoeant. Tandemque´ abnegata fide, et infidelium foeminarum more
 uiuem tes, aduersus Christum instituunt blasphemiam, con funduntque et diffamant
 ecclesiam, prodentes insolentiam, hactenus timore poenae tantum dissimulatam.

Volo autem iuniores nubere, filios gignere, domum administrare, nullam occasionem dare aduersario, ut habeat maledicendi causam. lam enim quaedam conuersae sunt retrorsum satanam secutae.

Ad precauendum tot malis, uolo magis ut iunio res uiduc non tan libere uiuant, sed denuo
 215 nubant

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.133]

marito, ut quae se regere nesaunt in offitio et hone state, per uiros seruentur, amputent
 lasciuiae causas, procosque et lenones eudant. Habeant quod domi curent. Mariti copia,

ardori libidinis medentur, et probrum ac diffamiam effugiant. Filios et filias gignendo humilientur carne et sollicitudine. Habeant occupationes dignas iuenculis, filios educando, cu rando, instituendo: prae illis uoluptatibus, aliae omnes oessent, pruritus et libidines. Curiosa sit circa domus necessitates, familiam sollicite regat, matrisfamilians curam gerat et maturitatem. Exemplo praesit ancillis et filiis. Vni uiro decenter obseruiat, casttque ; placere meditetur, et inuigilare, ut quae maritus do mui prouiderit, ipsa utiliter administret. Haec Apostoli uoluntas nemo dubitet praeceptum esse, si alioqui periculum sit incontinentiae, ocii, diffamiae et indi sciplinatae conuersationis cum concordet ratio, natura, aequitas, et uerbum dei quod non omnes apiunt.

Nullam oasionem dare aduersario maledicti gracia) Sic enim nubentes euadunt non solum periculum incontinentiae et luxuriae, feruoremque urentis libidinis, sed et diffamiam et obloquutionem declinabunt et ocasionem non habebunt aduersa rii et detractores, malesuspiciandi uel maleloquendi de eis, et ecclesia nihil confundetur. Amputanda

COMMEN. IN PRIOREM

enim quantum fieri possit causa omnis iustae suspitionis, maxime mulieribus, quibus ob sexus infirmitatem facile imponitur: sunt enim leues et propensis a fectibus, diffiale reluctantes. Vix illibaia fama defenditur, dum omnia eurant, multominus dum libertate indulgetur.

Iam enim quaedam deflexerunt post satanam) Admo net nos nota omnibus neetssariis, quod uideamus ex huiusmodi uiduis tunioribus quasdam iurpiter uiuere, et sui diffamiam incurrisse, et uidu arum ecclesiasticarum oellegum sedasse, quod licentio sa conuersatione sua propositum castitatis abieoerint, et ecclesiam confuderint, et post mani statam libidinem et fidem repulsam, nuptiis sese excusare uel in totum post satanae tentamenta abiisse, experientia docuit, et a Christo cui sese uicturas in castitate instituerant, orationibus et bonis operibus incumbendo seruire proposuerant, turpiter et cum probro ecclesiae recesserunt quod ob uotum emissum et recissum desauerunt a Christo non dicitur, quod coactae fuerint ad redeundum et per petuo seruandum quod instituerant non habetur. Non ex communtata, non incarcerata, non reducta aliqua, non con pulla scribitur. Suo periculo domino suo oecidit uel ste tit. Non denique cancellis obseratae erant, ut nunc, alioqui sidisaurreeet nugari non potuissent, uel abire post

TIMOTHEI EPISTOLAM.

satanam. Omnia libere seruabantur, et sine uotis usque id nouissima tempora, post milenarium, quando pro tabiliendis examinibus monac horum uotorum uinculo constringi oportere, definierunt, et obtinuerunt per tyrannidem in laqueum conscientiarum sine dei uerbo Iii tmipt uina nueuangener conuersationis et uitae.

[p.134]

[p.135]

Quod si quis fidelis, aut si qua fidelis habeat uiduas, subministret illis ut non grauetur ecclesia, ut his quae uerae uiduae sunt sufficiat.

Erasmus: suppeditet illis, et non oneretur ecclesia, ut iis, quae uerae uiduae sunt, suppetat.

255 Siquis uir fidelis uel mulier, cognatam habeat ui duam, quam de suis facultatibus com-
mode nutrire possit, et uitae neecessaria ministrare, non eam patiat ob trudi ecclesiae,
quae solet uere uiduas, id est, deffinitas omni subsidio alere, de communibus ecclesiasti-
cis prouentibus, ne fortassis dum omnes passim tam uiduae quam aliae ecclesiasticae
personae alendae fuerint, non suppetant uel sufficiant donationes collectae uel prouentus.
Iterumuidemus ad quid sint bona ecclesiastica, decimae et oblationes ordinanda, et
caetera et quae olim consuetudo, quid nostris temporibus emendandum, qui ecclesiasti-
cisint uere.

COMMEN. IN PRIOREM

Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximem qui laborant in uerbo et doctrina Dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et. Dignus est operarius mercede sua.

[p.136]

Erasmus: Boui trituranti non obligabis os.

260 Sunt qui male praesunt presbyteri, crisoepi salicet et diacont, qui nullam habent curam
de subditis, de pauperibus uiduis, de uerbo det praedicando, conso lendo afflictos,
fragiles in conscientia instruendo. Sibi solis incumbunt, ociantur, libidinantur, fastum
gerunt, ambiunt honores et quaestum, ab umunt ec clesiastica bona. Quid illis debetur,
quamut eum sirt sal infatuatum, et ad nihilum ualent ultra, quamut eiiciantur de sedibus,
265 excommunicentur, confundantur, accusentur publice, si non nimis publice sese acu
sant. Et pedibus concilcentur, destituantur honore, diuitiis, officio, et publica abiectio
conculcentur ab omnibus: ne si permittantur in sua scandalosa uita, et negligatur populus,
et obtendatur peaan um autoritas quasi patrociniū iniquitatis, et fat sicut sacerdos,
sic et populus. Et lupus oueis dispergt, cum pastor lupus fuerit, et mercennarii foedus
270 inerint cum lupis in perniciem gregis Qui ueron bene prae

TIMOTHEI EPISTOLAM.

Junt episoepi, qui hic dicuntur et ubique in Paulo presbyteri, nisi ubi manifeste aetatem
indicat solam nomen presbyter, tales duplici honore digni habeantur. Fpiicopi uero ut
bene praesint, sint prestyteri, id est, senieres, non tam aetate quam morum grauitate
et sapientia. Iuuienis enim erat Timotheus et Titus: sed cani sunt sensus bomns, tales
275 episcpi et senes honore presbyterii, duplici honore digni habeantur. Honor dupliciter
sumitur, pro reuerentia uul gari, ut est decedere de uia, nudare caput, flecti re ge nu, quae
gratitudinem indicant, et appreciationem et agnuionem donorum dei in illo. Et est magis
honorantis quam honorati. Alias ut hoc loco honor est munus, elecmosyna, et sustentatio,
prouisioque ; necesa riorum honesta et sufficiens, quae debetur dectori, non ut profundat
280 in usus mundanos, sed uiuat modeste, et sit omnis parsimoniae et maturitatis exemplar

[p.137]

et speculum uitae Christianae, hoc est euangelicae, imo apostolicae, quorum successores esse debent et exhibere. Hoc duplici potius honore quam duplici prouisione honorentur, cum nihil superfluum eis decrat, sed uictum quibus us tegeatur habentes et c. Si qui uero fuerint presbyteri et antistes uel ecclesiae praefecti, qui non solum praesunt integritate uitae, consilio et prudentia, ac in administratione bonorum ec

COMMEN. IN PRIOREM

[p.138]

clesiasticorum et Christianae conuersationis, quieti fouendae incumbant, et rectores gerunt, sed etiam episcopos et doctores exhibent. Hoc est, laborent legendo, docendo, exhortando, incilcando et dispensando doctrina Christi, euangelicam, apostolicam uerbo et doctrina prosint sicut praesunt ecclesiae. istis duplex sic honor omnium maxime habeatur, et referatur, tantoque diligentius, quanto sibi suisque sacris illis addictus exercitiis minus prospicere potest et de uitae necessariis prouidere. Duplici quoque honore dignus dicitur, ut et eo magis quae sufficiunt et simplicem et honestam competentiam assequantur. Non enim duplum preciosorum uictum sibi et uestitum conparare debet, qui frugalitatis specimen sit. Hospitali tatis enim et eleemosynarum largitio aliunde sumenda de bonis scilicet ecclesiasticis, cuius dispensator sit

Dicit enim scriptura: Non alligabis) Non infre. nabis os boui trituranti, Deut.25. Mos est a multis bobus circumactis uel equis trituram facere, si ergo laborantibus crudele fuerit, negare cibum, omnino enim qui ecclesiae opus exequitur, qui docet, instruit hortatur, sacramenta ministrat, priuatim et publice is dignus est ab ecclesia nutriatur et foueatur. Quid autem de illis qui nihil tale laborant, nunquam sacra legunt ut doceant, non praedicant, non monent, non con

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.139]

solantur conscientias, sed omne opus eorum est in ligandis et excarnificandisque et demandis conscientias, tot praecipis et excommunicationibus. Nihil loquuntur ad populum nisi leges suas, toti sunt in augendis, oelligendis, recensendis et absumendis sumptibus et pecuniis numerandis. Nec praedicant unquam, nec euangelium praedicari sinunt, nisi coacti timore amittendi luxuriam, quae stus et fastus. Paulus de dispensatoribus uerbi dei haec atque, non de cantoribus, organistis, monachis et non nis. Quod si tot ecclesiarum presbyteri sacras scripturas ad fructum aliquem legerent uel audirent, ut idonei surrogari possent ad pastorale officium et digni iudici forsitan uictu. Nunc autem boues triturantes id est agricolae toto anno laborantes, fraudantur durissimo labore suo Vinitores aquam bibere coguntur, cum uxoribus, filiis et famulis dura inedia macrantur ut uiuere possint an non hoc est bouum ora constringere et infrenari uix tolerabiliter laborantes, et clericos ociosos et scandalissimi mos fouere in perniciosissimum soelus mundi etc. multa?

Dignus est enim operarius mercedem.) Lucae 10 dicit Christus et grande piaculum fraudare uel usque ad noctem laborantem mercedem. Operarium dicit non ociosum, non stertentem, non aliorum laborum partem auare inhiantem et solis uoluptatibus operam dantem. Non sunt operarii, qui tota die in foro stant ociosi, sed qui pondus ferunt dici et astus, ludunt alea et colludunt mu

COMMEN. IN PRIOREM

[p.140]

320 lierculis et illudunt uino et lauticiis, qui otiosi, et ad nihil utiles laborantium sudores exigunt et necessariis fraudant. Operarios dicit qui laborant in uerbo et doctrina, qui praesunt, et bene, non obsunt, qui aduigilant gregi, qui in ecclesiae utilitatem proficiunt. Hodiernus cantus et uigiliae nec deo placet, nec hominibus prodest, sed impedit a melioribus, ab oratione, a uerbo dei ediscendo, au diendo et dooendo, nec populo, nec

325 clero, uel in minimo utilis. In eum usum a patribus nunquam insitutum fuisset hoc officium.

Meroede sua) Merces respondet obsequio et operi, fraus erit et dolus et rapina, meroedis nomine exigere, cum nihil egeris utile, uel gratum. A plebe sustentari uelle cui non seruias, nihil prosis, sed ob sis maxime et impediatis profuturos, et aliorum mercedem operum tibi rapias, deque sanguine et sudoribus aliorum sagineris, ut hodie oernere est in praesentis ecclesiarum, et beneficiosis qui sceleratissimi elegerunt et populi oppressores et opprobrium Christi, uiolenter pauperibus pastoribus ecclesiarum mercedem deglutiunt, et ad ructum uorant. Et qui infeliciores et indigni magis, residere et uicarium agere sustinent, hi deliguntur et populo praeciuntur a nebulonibus istis. Et id non diutius,

335 quam euangelio

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.141]

praedicando pure et libere destiterint, statim abiciantur, dum Christum et mores Christianos, simul ac fidem pietatemque; coeperint asserere, ne populus sapiat ali quando et meroem neget oiosis. Dignus est itaque operarius, sed indignus certe, fallax, nequam, infidelis, ociosusque saudator, benefacta inficiens, et operatores studiosos absterrens, et

340 sibi soli intendens, suaeque libidini fastui et auaritiae, dignior certe ut mittatur mola asinaria etc. et ut concludatur ab hominibus etc. et ligatis manibus et pedibus mittatur etcae. et partem cum infideli accipiet etc.

Aduersus presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus et tribus testibus. Eos qui peccant coram omnibus argue, ut et caeteri timorem habeant.

Inoertum iuxta Erasmum, an de seniore loquatur, an de episcopo, mihi de utrisque uidetur accipiendum. Episcopi enim sunt ecclesiae seniores, qui eidem communi condicio et sapientia pro autoritate sua prospicere habent de omnibus. Non enim magnae ciuitatis tot populi, unius prudentiae et spiritus debent niti, sed de seniorum concilio, senatum quasi habeant, cum quibus iuxta dei uerbum et regulam tractet omnia. Sintque; unius ciuitatis hoc modo plures episcopi, imo presbyteri, non tam aetate quam seruis

COMMEN. IN PRIOREM

[p.142]

et moribus, qui omnes apud congregationem fidelium in autoritate habeantur, etiam si non omnes doceant et praesint uerbo et doctrina, assistant tamen episcopo et presbyteri sint plebis honorabiles et seniores ecclesiae. Non enim legimus discrimen fuisse tempore apostolorum et status intra ecclesiam ut pars una religiosa, clericalis, spiritualis et ecclesiastica fuerit. Alia autem profana, saecularis, mundana, carnalis. Fuerunt enim

omnes Christiani religiosi, spirituales utentes hoc mundo tanquam non utentes, uacantes
 355 omnes scripturae diuinae pro tempore congruo, et de labore manuum uictricantes: id
 enim docuit apostolus Paulus uas electio nis et apostolus in signis et exemplo firmavit,
 qui non laborat in ecclesia, non manduct inquit. Quod si qui saeculariter, mundane,
 carnaliter et sine dei timore et disciplina ecclesiastica uiuebant, Christiani non erant, sed
 post satanam ire iudicabantur et euitabantur tanquam haeretici, et ad sacrosancta mysteria
 360 non admittebantur. Seniores itaque Christianorum bonorum presbyteri diebantur, inter
 quos qui uerbo dei et doctrina ualebat, et donis spiritus. nobilior, is episcopus diebatur,
 et erat magis officio docendi prae cellens, quam potestate et imperio, De istis presbyteris
 ecclesiae honoratoribus, scilicet et autoritate et sapientia probitateque prestantioribus
 hic dicitur:

TIMOTHEI EPISTOLAM.

365 Aduersus presbyterum et grandaeuum et maturum uirum acusationem non recipias, nisi
 sub duobus aut tribus testibus. Poterant insolentes a talibus presbyteris correpti et
 admoniti facile malignari, et comminisci mendacia, redundaret hoc in probum eccle-
 siae, eleuaretur autoritas uirorum. Ideo non facile admittendi calumniatores, ne ansa
 praebatur personis leuibus temere lacescendi seniores ecclesiae.

[p.143]

370 Omnes christiani, pie, religioseque uiuentes, Ecclesia nominabatur, licet adessent
 hypocrytae et speu dochristiani, sed secretis cordium dei est, non ecclesiae iudicium.
 Non uno aut duobus testibus, sed pluribus tam spectabilis uiri a facie acusari debebant,
 ne facile concinnaretur mendacium contra honestissimos ab indignis et malis uindicare
 se uolentibus de cassatione, sicut de Quadrato et Ale xandro papa.

375 Pecuntes autem coram omnibus argue) Ad presbyteros referendum eadem ratione
 uidetur, ut si quis inueteratus dierum senex, sic publice insolenter pecet, ut testibus fide
 dignis et multis crimen testari possit cum id cedat in multorum scandalum et totius
 ecclesiae et Christianitatis, licet hi sic conuicti publice et coram omnibus argui debent,
 ut caeteri timo rem habeant et non

COMMEN. IN PRIOREM

380 personarum acceptio locum in ecclesia habere uideatur, ne omnia hypocritice geri in
 ecclesia uideri possint ab in idelibus, et ut criminum punitio, scandalum tollat innocentis
 ecclesiae, quae non tam ex innocentia uitae, quam ex zelo gloriae diuinae, et honestatis
 Christianae dinoscitur. Non sunt omnes in ecclesia innocentes, sed criminum osores,
 et uindices et zelatores omnes esse debent uere ecclesiastici. Et cum uiderint etiam
 385 maioribus et presbyteris non parca et conuicti, sibi quoque non parcendum nouerint,
 si criminosi fuerint. Nihil hic dicit Paulus de correctione episcopi in specie: tum quia
 Timotheus probatae probitatis erat, tum quia in primitiua ecclesia episcopi assumebantur
 ex pluribus sanctis sancti uerum presbyteri nomine satis indicat coram pluribus uel
 omnibus arguendos etiam episcopos si sandalosi fuerint. Et quanto lues contagiosior, si
 390 episcopus criminibus obnoxius sit, tanto adhibitis sufficiens attestacionibus, durius
 et seuerius arguendus. Hic iterum et semper episcopi et presbyteri nomine ecclesiae
 praefectus et parrochus quilibet et plebanus intelligi debet. Ex horum enim doctrina

[p.144]

et moribus pendet profectus, detrimentumque ecclesiae. Longeque maturius deligendi essent, testimonio et suffragio plebis quam magistratus ciuitatum, ubi non

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.145]

395 parua cura adhiberi solet, ut quam integer fama et moribus et rerum experientia et spectata probitate probatus et conspicuus deligatur, nisi maioris aesti mare uelint rectorem auium quam doctorem animarum. Verum sicut superius Paulus de uiduis, quae uere uiduae sunt tractans eas specialiter, et docuit tamen generalem regulam, scripsit de domesticis maxime omnium fouendis, sic hoc loco uidetur loquens de philosophorum
400 argutione et contestatione subin ferre generalem regulam de omnibus publicis et scandalosis in ecclesia peccatoribus, ut tales coram omnibus arguantur ab episcopo, ut caeteri timorem habeant similia committendi. Similiter crimen esse non facile, imo nunquam recipiendum, nisi appareat et conuincant illud testes idonei. Sic regulae generalis notantur cum de negotiis et personis specialibus sermo incidit nonnunquam, plures tamen
405 testes contra senes et spectuales uiros quam contra leues personas semper exigendi sunt.

Iustificor (Obtestor) coram deo et domino Iesu Christo et electis angelis eius, ut haec custodias sine praecipitatione (et sine praeiudicio) iudicii, nihil faciens iuxta propensionem animi) in aliam partem declinando.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.146]

Su b testimonia et praesentia dei omnia cernentis, et domini Iesu Christi, qui nobiscum est semper et ubique, usque ad consummationem saeculi, et quasi in prospectu angelorum, et ministrorum dei, qui fidelium sanctis negotiis iugiter intersunt, ego tibi Timothee, adiuro et obtestor, ut praeceptor discipulum, ut non patiaris praeiudicium aliquod fieri uerbo dei, quod me referente audis et suscipis, quin praecise insistas illi tanquam regulae ueritatis et Christianae doctrinae ne in aliquo detrimentum capiat pura ueritas, et labefactetur, adultereturque; sicut a pseudo discipulis. Nihil facias in aliam partem declinando, hoc est, praeter regulam fidei et scripturae, et iuxta humanum sensum et iudicium nihil doceas aliquando.

415 Erasmi translatio uult, ut nihil iudicet, etiam sub testibus, siue paucis, siue multis cum praecipitatione iudicii, inconsiderate et inconsulte, et friuole uel festinato. Cum iunior esset Timotheus et ingenio feruentiore, et praeuolanti, et ut non indulgeret iudicando, affectionibus, et naturae inclinationi et propensiori animo in ea quae libent et placent, sed iudicet circumspecte et mature, et deliberatione diligenti praehabita, et non iuxta sensum
420 naturae et ad personarum acceptionem, sed iuste et aequaliter, fidei terque pronunciet, sicut in oculis domini dei, et iesu

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.147]

Christi et angelorum, ut similiter nosque a domino Christo Iesu iudicandos cogitamus: qua enim mensura etc. Discimus hoc loco primum quam inuitus ueni ad mandandum et praeciipiendum, obtestor potius et armatis precibus contestatur. Deum semper prae oculis habeat iudicaturus, nihil praecipit tauter, nihil praeter regulam uerbi

dei, nihil ad gratiam uel dispendium, sed iuste iudicet episcopus Angelos dei missos in ministerium et testimonium actuum nostrorum, quos et reuereri semper debemus, et cauere a peccatis, non solum deo et Christo domino aspicentibus, sed etiam exercitibus angelicis qui assistunt semper: et tamen in caelis semper aspiciunt patrem etc. Id uero
 430 faciendum episcopo, non solum in iudiciis sed in omnibus aliis administrationibus, ut prouideat, fidei ter, sinoere et candidum ipse omnia qui praesentis ecclesiae

Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.

Apostoli cum mitterent aliquos ad praedicandam fidem et euangelium uel officium uerbi imponebant, ut bantur impositione manuum, et dabatur talibus spiritus sancti donum, ad hoc idoneum et sufficiens in primum uel ecclesia. Et quia subintrabant multi
 435 spendo apostoli et mali Christiani sese admiscebant, et ob quaestum et gloria temptabant opus apostolicum, ideo apostolus praemo

COMMEN. IN PRIOREM

net Timotheum, ut respiciat sibi ne his officium praedicationis deleget uel committat, nisi prius fidem et mores et studia praebere cognouerit, ne malae et erroneae doctrinae illius et
 440 seductionis ipse causa uideri possit, qui talem ad id ordinauerit, neque error humanus et falsitas spiritus sancti doctrina aestimari possit, qui manuum impositioni uel dabatur uel dari significabatur: erat enim attestatio quaedam sanctitatis in doctrina et uita, quae non cito exhiberi decebat. Qui enim doctorem malum instituerit, errorum illius et
 445 seductio nis in populo causa erit, taliumque peccatis communiabit semper. Ideo sumopere discutienda essent praedicatorum doctrina et studia, mores et uita, hoc est praelatoribus ecclesiae, quorum officium primarium et primum est, docere uerbum ueritatis.

[p.148]

Te ipsum castum custodi.

Caste et pure hactenus uixisti, et iuuentutem tuam disciplinis seuerioribus instituisti ad castitatem familiam seruandam. Eam custodiam serues, non ut ideo castus sis, cum
 450 dei donum fit castitas uera, sed in seruitutem redigere, et abstinentiis crucifigere et conprimere fomitem ut hactenus, non obmittas quod concludant ualde castitati seruandae in integra adhuc aetate, dum feruet sanguis et caro. Verumita serua absinentiam ut non
 455 mmis, ne per corporis imbecillitatem

TIMOTHEI EPISTOLAM.

tatem et nimiam attenuationem periclitetur ualitudine corporis, et impediatur opera
 necessariae charitatis.

[p.149]

Noli adhuc aquam bibere, sed modicouino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates.

Ne posthac aquam solam bibas, quae obest corporis tui ualitudini, ne dum castigas
 455 nimium, sub onere re portando succumbas. Non propter se bona macratio corporis, sed

propter exercitia uirtutum. Aqua multis rationibus obest, et tui corporis conditionem non fert nimiam. Vino tibi opus est ob stomachum de bilem. Eo utere ad necessitatem, sed modice, nisi id corporis debilitas exigeret, ego a te non exigerem uel ni potum. Nos puelli bibimus uinum, et adolescentes potamus, uiri inebriantur. Monachi et clerici nephas et miseriam putant aquae potum, et poena maximam. Episcopi exquisita uina potant uel electa Sic praestamus apostolicos. Nimius etiam aquae potus in uitio est. Non quid bibas uel comedas, sed qua tum curandum. Modus imponitur potationi, ut quam tum seruiat incolumitati bibant. Non ad medicos, purgationes, confortationes mittit, sed dietam indicit.

Quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium: quorundam autem sequuntur. Similiter et

COMMEN. IN PRIOREM

facta bona manifesta sunt, et quae aliter se habent abscondi non possunt. Frasmus: Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt, precedentium ad iudicium, quosdam uero et subsequuntur. Con similiter et bona opera ante manifesta sunt, et ea quae secus habent, occulitari non possunt.

[p.150]

465 Praeueniunt iudicium, et non indigent attestati omnibus ea hominum multorum peccata quae manifeste, in uerecunde, audacter committuntur in prospectu hominum et totius ecclesiae, huiusmodi peccata ad publicum cum etiam iudicium delata puniantur, nec testibus multis ibi incumbendum, et inquisitione scrupulosa illa tu quoque solus punire potes, et ecclesia debet. Quae uero peccata sequuntur iudicium id est, nesciuntur nisi idoneis et

470 pauca testibus comprobentur, haec potest abscondi et corrigi secreta admonitione uel correctione ab episcopo, et aliis quae alioqui deo iudici et extremo iudicio seruabuntur. Non omnia hic puniri et emendari possunt, non sunt de foro episcopi uel ecclesiae nisi manifesta.

475 Similiter et bona opera quaedam manifeste fiunt non egentibus discussione, nec sine timore occulte nuper electionis criminari debent, quasi licet bona

TIMOTHEI EPISTOLAM.

sint, tam enim quia mala in conscientia esse possunt, ideo nihil sunt curanda et abscondenda. Licet enim omnia nostra opera defectuosa sint, et dei iudicio expendemur deprehendantur mala, quia tamen speciem mali non habent, non sunt obmittenda uel occultanda. Quae uero aliter se habent, bona sunt tantum in apertis parentia, et reuera mala peritius in conscientia, illa suo tempore et iudicio abscondi non poterunt. Nihil enim occultum quod non sactur.

[p.151]

480 Quidam homines nunc fingunt, ut ex eorum factis manifeste malis, antequam moriantur, uel a deo iudicentur damnandi peccatores agnoscantur a nobis: qui scilicet sine omni tergiversatione omnibus criminibus et publicis fese infamant. Quorundam peccata mala quaedam sunt, sed hoc ut uel dubia, uel occulta non iudicantur, sed deo tantum post hanc uel tam diu iudicanda reseruantur, de quibus nihil ad nos suo domino et suo tempore stant uel cadunt etiam. Confimiliter aliquorum hominum opera manifeste bona uidentur, 485 ut nemo ea nisi malus criminari debeat uel possit, illa sine dubio laudanda a nobis sunt

et de eis nemo debet uerecundari, neced propter malos omittere qui omnia etiam bona
 490 opera infamare gaudent et student, sunt tamen bona opera in speciem et hypocritica,
 quae apparent bona, sed non sunt. Illa

COMMEN. IN PRIOREM

deo manifesta quidem sunt, sed hominibus ignota, suo tamen tempore apparebunt qualia
 fuerint. Nihil enim opertum quod non reueletur. Abstinencia autem a uino et similibus,
 nec manifeste bona nec mala est, sed ob occultas causas, necessaria uel indigna, deo grata
 uel ingrata apparebunt suo tempore et discuaentur.

[p.152]

CAPVT VI.

*Q*uicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne
 nomen domini et doctrina blasphemetur.

Serui empticii infidelium dominorum conuersi ad fidem unius dei ab idololatria, pacienter
 ferent iugum obedientiae et laborum et status sui sortem. Nec quia conuersi ad Christum
 fraudare uelint dominos seruitio suo, et transfugae uel profugi fiant ob fidem dei, quasi
 contemnentes dominos ob infidelitatem, qui bus se seruire indignum putent; sed magis
 5 humilibus obsequiis seruituti satis faciant, cauentes ab omni offensa eorum, honore
 debito colentes et dignos arbitantes, a deo sibi praepositos cogitantes, non casu, hic
 esse dei uoluntatem, ut boni exeroeantur a malis ut mali cum deo placuerit, conuertantur
 a bonis, ut

TIMOTHEI EPISTOLAM.

inlarescat uirtus seruorum dei, et Christi gloria a suis se fortibus illustretur, ut sem-
 10 inarium seditionis non detur ethnicis et occasio infidelibus malignandi, ne nomen dei
 optimi maximi et solius per idololatriam blasphemetur, quasi non aequus sit qui uideat do-
 minos, suis seruis destitui et passim gentiles irritari a seruis, parem infringi, obedientiam
 cassari, maiores sperni, pronissa negari, commertia rumpi, deumque uerum insolentia
 15 seruatorum blasphemari. Similiter et doctrina euangelica infamabitur si eius professores
 mundi ordinem et magistratum et dominorum obedientiam, detrectauerint, et omnis
 religio Christiana, propter eos male audiet. Et scandalizabuntur in doctrina Christi idolo-
 latrae, qui potius ad meliorem mentem exemplo fidelium debuerant ad fidem fieri et allici et
 conuerti, unaque nobiscum aliquando dominum deum nostrum glorificare in seruis suis
 20 Voluit et Iudaeos dominus obedire regibus infidelibus, pro eis rogare, tributa pendere.
 Et Christus Caesari iussit reddi debita. Et Petrus in Epistola multa talia, cum baptismus
 quidem peccati dominium auferat, sed ab heredi dominatu non eximit. Siue illud seruutium
 licitum per se sit uel illicitum, disputandum non erit, sed potius humiliter obsequendum.
 Si seruus commode et modo honesto liber fieri poterit, non ob

[p.153]

COMMEN. IN PRIOREM

[p.154]

mittat. Si dominus seruorum manumiserit, ut et ipse a seruitute peccati liberetur a deo, optime froerit, et ad id induendus, non contemptu, uiolentia, temeritate et diffamia iugum excutiendum.

Qui autem fideles habent dominos, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant quia fidelessunt (inseruiant quod fideles sint) et dilecti, quia beneficii participes sunt.

Serui conditione mundana, si habuerint dominos Christianos, et in Christo iam confratres sibi factos non ideo minus reuerenter seruiant et obediant qua si indigne ferendo par paribus obsequi. Pares quidem sunt in Christo et fratres in fide, sed non in uitae hu ius
30 fortunis et dei prouidentis, sic enim unicuique homini deus prospexit et praeordinauit uitae ordinem et statum et exercitium in quo creatori seruiat, commensurauitque grauamina ut incertum habeatur, ser uor um ne an dominorum conditio tollerabilior fuerit, pro
35 dotibus naturae tam differenter passim impartitis, quin potius tanto promptius et alacrius eisdem seruiant, quanto ob Christi religionem mitius et mam suetius tractantur, et ad prophana seruitia non com pellant, sed padifice, quae Christianae religionis sunt exercitia sancta permittunt, a quibus et diliguntur in

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.155]

Christout fratres instruuntur, ut discipuli et tanquam filii beneficiis afficiuntur, et omnium bonorum partiaptes habentur. Di plici enim nemine obe dire debent fidelibus dominis promptiores. Tum quia domini eorum sunt, ium quia socii religionis esse non
40 contempnunt. Si enim uere fideles domini sunt, seruos suos trocteburt, ut fratres potius, quam ut seruos, diligent mogis quam oentennant. Beneficiis aff cient, et inmo deratis grausminibus non oppriment. Bonorum suorum ees participcis aestimabunt, et facient. Quod si crudeliter et sine charitate eos tracteuerint domini, non tam Chri stiant erunt, quam Domitiani, et perfidi. Verum nihilominus tollerandi sunt, etiam discholi quam
45 diu contra Christum uniuersorum dominum nihil imperauerint. Alioqui oportebit deo obedire magis quam hominibus.

Haec doce et exhortare.

Sic episcopum docere dect, non solum maiores et dominos, sed etiam infimae conditionis homines seruos non negligere: docere autem ea quae sunt ad pietate m, tranquillitatem et pacificam uitam, ne susatetur disadium in ecclesia, ne inobedientia iunorum ordo
50 confundatur. Exhortari debel etiam eos quos ui derit cunctabundos et aessantes, ut crebro admom ti

COMMEN. IN PRIOREM

[p.156]

et consolati leuius portent onus a deo impositum, et pro quo dei fauorem et beatitudinem consequi possint. Non doce eos libertatem carnis et mund quae sae pe nooet, sed quae est in Christo et spiritus lon gammitatem, pacientiam, obedientiam.

Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed inseruiens circa quaestiones et uerborum pugnas, ex quibus oritur, inuidia, contentiones, maledicentiae, suspitiones malae, superuacanae conflictationes hominum mente corruptorum, et qui a ueritate priuati sunt.

55 Refertur hoc aliter ad doctrinam apostolicam quae tam in superioribus quam insequen-
tibus describitur, si quis iuxta sensum proprium et legis nationem et rationem erroneam
hominum et philosophorum docuit, et non credit uel appreciatur ac uelut doctrinae
salutis et ueritatis acquiescit, sanis, immaculatis, aequissimisque domini nostri Iesu
Christi sermonibus, sed introduxerit alios etc. Istis enim tantum sermonibus adhaeren-
60 dum, haec tantum docenda, haec est sola doctrina pietatis, secundum quam domino
serui

TIMOTHEI EPISTOLAM.

re et placere poterimus, de qua certi sumus, quia Christi est, qui ueritas est, qui in me
loquitur, a quo accepi. Eam scire et sapere pietas est, eam negare impietas.

[p.157]

Is inflatus est) Superbit. Superbia est sensum proprium praeferre uerbis dei, scientia
65 animali et diabolica inflatus contra deum. Omnis enim eruditio alia a fide, inflat, et
tumorem mentis excitat, in se confidere, de proprio iudicio et sensu praesumere docet,
contemptui habet simplicitatem spiritus et scripturae. Cunque crasso carnis intuitu eam
attingere nequierit, despicit et stultam iudicat. Non enim quae spiritus sunt sapiunt
carnales, sed dum se credunt sapientes stulti facti sunt.

70 Nihil sciens) Hoc unum sciet, si quicumque scit quod nihil sciat, qui dominum ignorat,
qui in Christum non credit, qui nititur humanae rationi erroneae, cum sit omnis homo
mendax, et comparatus iumentis insipientibus quid scire poterit? Scientia non est nisi
ueritatis agnitio. Christus autem ueritas et lux mundi, praeter quem omnia tenebrae et
ignorantiae et stultitia.

75 Sed insaniens circa quaestiones et pugnas uerborum) Certum est longo tempore
post apostolorum tempora quaestiones et pugnas uerborum pau

COMMEN. IN PRIOREM

cas fuisse, licet nunquam defuerint, sed per nostros Parrhisienses haec stulticia dissemi-
nata est in orbem et insanire fecit omnia ingenia, lauguereque circa quaestiones futiles et
80 insanas uerborum pugnas, de quibus tot miseri quaestionarii et sophistae nihil intergrum
uel oertum reliquerunt, sed dubiis inuoluerunt omnia. Iusto autem dei iudicio palpabiles
istas tenebras inciderunt, quia sanos sermones neglexerunt, sacras litteras philosophicis
studiis postposuerunt. Veruntamen iram dei solam, in hac causa uideo de qua alias.

[p.158]

Ex quibus oriuntur inuidiae, contentio. Iuxta autem de tot haeresibus ante tempora
Augustini, de inuidia episcoporum tempore Arrianorum, de contentionibus et blasphemis
85 atque conuiciis. Quid nostris temporibus uidimus, inuidias inter universitates. In
universitatibus, inter uias antiquorum, realium, modernorum, praedicatorum, minorum,
propter quaestiones illas et pugnas uerborum, quot et quanta scandala publica, quot
umposturae et insaniae. Tot autores in sententias quorum nullus non alios omnes implet

et uel licat ac irridet, id unum hodie mirabile uidemus, cum concordant omnes aduersus
 90 sacras litteras et euangelium, et pro uiribus omnibus ratiocinantur, sed frustra, et sine
 spe aliqua obtinendi. Infatuauit enim

TIMOTHEI EPISTOLAM.

dei sapientia omnes et transtulit regnum suum ad paruulos et plebeios et mulierculas, de
 his multa dici possunt. [p.159]

Suspiciones malae) Dum alter alterum haereti cum credit et proclamat excommu-
 95 nicatum, suspectum de haeresi, et in ira dei, et potestate diaboli, Tot sunt enim hodie
 suspitiones malae, tot criminationes haereseos ob solas eorum tradituones et quaestiones
 sophisticas.

Superuacuae con.) Dict aliquis conflictationes augeri hodie, dum non audiuntur
 uniuersitatum determinationes. Sed quis probabit superuacuas cum sint de lege dei, de
 100 euangelio, de fide, peccato, sacramentis, libero arbitrio. Item de solis scripturis diuinis,
 non de philosopho et astrologia, metaphysica, logica. Et omnia solum contra
 philosophastros et quaestionarios Quis dicet superuacuas conflictationes, si etiam
 contentamus circa linguas, arca litteram interpretandam, ueteris et noui testamenti ad
 inquirendum sensum germanum scripturae? Et quoniam homini dicentur quae sola
 105 uersantur circa litteras diuinas et organa spiritus sancti in quibus est uita et ueritas.

Mente corruptos quis dicet eos qui ex uerbo dei, cui toti incumbunt digladiantur,
 tanto zelo contra luxum, quaestum ecclesiae satraparum, contra tot publicos, notissimos,
 pestilentissimosque abusus eorum

COMMEN. IN PRIOREM

qui sibi arrogat regimen ecclesiae, quam conculcant uerbo et exemplo et opere, quomodo
 110 correpti mentes qui fidem inculcant, spiritum erigunt, charitatem persuadent, opera uere
 bona docent, commendantur et urgent fortissime. [p.160]

Et qui a ueritate priuati sunt Tibus adempta est ueritas. Quid enim iustius eis
 contingere potuit, quam quod ablata est ab eis ueritas tam indigne tractata, tot dubiis
 inuoluta, tot difficultatibus conspurcata, et omnia sua specie et gratia destituta, ut ludibrio
 115 haberi coeperit, Christus, et ueritas, et scriptura sacra? Quis enim eam aliquot annorum
 centuriis digne tractauit? Quis linguas inuestigauit sine quibus nihil agitur in sacris? Sed
 defuerunt libri, praecipuos, imo studiosi sacrarum rerum deerant, dum humana omnes
 et uana mirantur, dum honores et diuitias ambiunt, et fides non inuenitur in mundo, dum
 nemo audeat contradicere magistris nostris, dum ueritatis Apostoli concremantur, dum
 120 homo peccati sedem Christi occupat, et fastus supprimit Christi humilitatem, traditiones
 humanae legem diuinam et caetera multa.

Existimantium quaestum esse pietatem.

Dei cultus est pietas, fide, spe, charitate deum colere, nihil antiquius ducere quam deo
 placere, uer

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.161]

125 bo dei insistere, meditari die ac nocte in lege domini. Scrutari testimonia dei, promissionesque ; diuinas et toto corde confidere, proximo bene uelle et be nefacere, et ut seipsum diligere, de se ipso diffidere peccata propria plangere, et dei misericordiam implorare et sperare. Et in Christi meritis praesumere In hanc pietatem ueram alii existimauerunt implo rare sanctos, ecclesiarum patronos, et reliquias ornare, missas canere et legere in honore eorum, canto res instituere, horas canonicas exoluere, anniuersaria
130 instituere. Census pro augendo sacerdotum numero emere, lumina incendere, campanas pulsare. Imagines preciosas procurare, offerre argentum, aurum, blada, uinum, fructus. Exstruere templa, dedicare altaria, quis negabit, haec nunc a multis existimare pietatem, quis nesciat hoc esse quaestum? Nonne his modis deus, imo sancti coluntur? Quis ferat hunc cultum dei subuerti? Dixi de quaestu confessionum, et confessionalium et
135 confessorum, indulgentiarum, sacramentorum omnium, ietuniorum, dispensationum, uotorum. Nonne religiosissimus ac dei cultus est mendicantibus fratribus sacerdotibus elee mosynas largiri? Cum eis jepeliri, testamenta confiscere confraternitates emere. Certe haec existimauerunt dei cultum acceptissimum, peccatorum conciliano

COMMEN. IN PRIOREM

[p.162]

140 nem, amplissima merita, arram beatitudinis certi ssime uiam lalutis et deo gratissimus cultus, quaestus hospi taliorum, pro uariis infirmis. Et quid non in statu clericorum quaestum respicit, nisi si euangeltum praedioeetur et uerbum dei? Nihil de hoc quaestu infernali et satanae aul tu pro nostri temporis abusu satis arbitror dia potest sed uerbo dei interficietur idolum quaestus et mendatii.

Est autem questus magnus pietas cum suf.

145 Copiosissime diues est, Croesoque felicior, siquis sit sua sorte contentus: praesentis uitae neoesariis tantum rebus fruitur, et deum colit in spiritu et ueritate, diues in fide et charitate et uerbo dei. Mundum cum sua concupiscentia contemnere, longerendis diuitiis non instare. Multa conquesiuit, multum thesaurizauit qui pietatem obtinuit.

Nihil enim intulimus in hunc mudum, haud dubium quia nec auferre quid possumus.

150 Diuitiae huius mundi, aurum, argentum, agri, possessiones fuerunt in hoc mundo, nondum nobis natis. animam deus creauit, aptauit nobis corpus, praefuit generationi no strae fauor dei, a nobis nihil uel nobilecum intulimus, omniaque relinquemus. Corpus terra mater suscipiet, spiritus ibit ad deum qui dedit illum. Nihil ergo solliciti simus de terrenis, nec etiam in crastinum, multominus quam aues caeli, et qui hodie insatiabilius colligunt di

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.163]

155 uitias huius mundi, et quaestum sectantur et turpe lucrum, quam illi ad quos loquitur hoc loco dei uerbum Christus in Apostolo, regula pietatis. Nihil inferunt nec exportant,

sed comportant semper peioribus usibus profuturas. Mundum possident et possidentur a mundo, alieni a Christo. Efferent secum ex hoc mundo con scientiam criminum, dei terribile iudicium, diffamiam ad posteros, animae damnationem, successorisque subuersionem et aertum periculum damnosi luxus.

Habentes autem alimenta et quibus tegam.

- 160 Cum hoc ad Christianos omnes et Chriſtu ſugreſſo res pertineat, tamen id omnium maxime episcopos atti net ut uſum omnium rerum naturae finibus metiantur, ut corpus alatur, non luxurietur, oneretur, pingueſcat, tractetur te nerius, ſed ad neceſſitate malimenta ſuſcipiat Tegatur amictu neceſſario et minime, uel precioſo, uel curioſo uel ſuperfluo. Hic locus eſt neceſſario no ſtris praedicatoribus ſemper et ante omnia ad hoc noſtrum
165 ſaeculum tractandus, cum uidemus tantum luxum in uictu et amictu, ut nobis ditiffimus hic mundus non ſufficiat, quomo do noſtro ſaeculo adaucta ſunt omnia, augenturque indies ſine diſcrimine, opum uel perſonarum, in iacturam intollerabilem patriae, euacuationem totius terrae, fomentum omnium uitiorum, oppreſſi onem pauperum, tyrannidem diuitum, fidei Chriſtiana

COMMEN. IN PRIOREM

- 170 ludibrium, ſcandalum infidelium. Chriſti blaſphemiam inculcanda iugiter et ſtrenue nemo non probabit, negabit nemo uera, damnosa, peſſima, ſaunt omnes, deteſtanur ut malum. Emendat nemo, praecones eccleſiae taent, arrident, aemulantur. Canes muti, quo rum animae requiruntur, de ſandalo iudicabuntur u nt det declamatores idone os?

[p.164]

Nam qui uolunt diuites fieri in hoc ſaeculo, incidunt tentationem, et in laque um diaboli, et deſideria multa, inutilia et nociua, quae mergunt homines in interitum et perditionem.

- 175 Qui uolunt, deſiderant, ſtudent diteſcere. Non loquitur de illis qui non tantopere uolunt, ſed diuitiae affluent, cor non apponunt, utuntur tanquam non utantur. Grati deo de donata affluentia, magis quam parta multa cura. Sunt enim quibus parum anniten tibus diuitiae occurrunt, ſunt qui multis laboribus uane nituntur, quos fugit mammona.. Diuites fieri cum pauperes ſint, qui uolunt uinaere fata ſua, ui perſequuntur diuitias fugientes, praestaret tales aequanimiter ferre ſortem ſuam, et ex neceſſitate uirtutem aſſumere:
180 non enim omnibus proſunt.

In hoc ſaeculo) Si in futuro reponere conaren, tur theſauros, ubi nec erug, nec tinea corrumpit

TIMOTHEI EPISTOLAM.

- ſancte agerent, tuteque ; uiuerent, ſi duitiis ſpiritualibus fide, patientia, pace et charitate diteſoerent Chriſti ani eſſent.

[p.165]

- 185 Inddunt in tentationem diaboli) Volentes nolentes dei promiſſione et diaboli machinatione con tra conſcientiam, famam, uitam, ſalutem domini et ſcriptu ram aliquando moliri contigit eos affectu et deſide rio lucri turpis adactos, cum priuſquam diteſare oona

rentur, ea ut mala maxima abhoruissent, sicut fit pluribus in beneficiis, et theologis, si
 190 curtisanorum praepositi inaderint. Et bonis uiris si acciderat proles multa, quos uolunt
 ter temptari. Sic tentationes sunt maxima pericula maris, uiarum, latronum, praedonum,
 infidelium et mendosorum, principum, coequalium. Quanto magis discit, tanto
 maior conflatur inuidia plurimorum. Figulus enim odit figulum, et mercator comparem.
 195 Item deficiunt paulatim in timore dei, laxa conscientia. Spernunt primo dei uerbum,
 deinde odiunt, tandem persequuntur. Nemo simul deo seruire potest et mammonae.

Et in laqueum) Tentationem sequitur trepida timor et casus. Et qui diligit periclitari,
 facile perit. Qui incaute ambulat, scandalizatur. Mundus ple

COMMEN. IN PRIOREM

nus laqueis a diabolis amatoribus facile illaqueatur, cum iustus uix saluetur, et ocu- [p.166]
 latissimus uix euadet, quid desideris languens unum pegatum trahit ad aliud, inuoluit
 200 inexplicabiliter? Diabolus tentator adest, semper quaerens quem deuoret rugiens leo,
 magis tamen unusquisque a concupiscentia sua trahitur et illicitur, suaque ; uoluntate et
 desideris impuris et terrenis. Ideo Christus paupertatem, id est pecuniae, diuitiarum que
 contemptum docuit, non tantum spiritu, quae necessaria in primis est omnibus Christia-
 205 nis, sed et rebus et possessionibus immunes apostolos uoluit et apostolicos ne in earum
 aliquando appetitum incidentes, quod facile solet, errarent a fide. Vnde enim tot abusus,
 tot luxus tot errores in moribus quam auaritia clericorum, qui ubi scriptura sacram sibi
 aduersari sentiebant, deprauerunt expositionibus fucatis ad suum quaesum et distincti
 onibus succurrerunt: inde tot regulae, tot dispensationes tot priuilegia, de quibus alii satis
 clamant. Patet enim late quomodo cupiditas et amor sui ipsius, fidem exterminauerint
 210 de terra, uerisimileque ; est de tempore apostolorum subintrasse pseudoapostolos,
 quaestumma gens quae pietatem insequuntur. Conqueritur haec saepe apost.

Et inseruerunt se doloribus multis.

Angustas, dolores, sollicitudines, simulationes, fidei uitae auiditatem, et hypocriti-
 cam iusticiam macti

TIMOTHEI EPISTOLAM.

sunt arripere, qui cupidi pecuniae erant, ditarique; uolebant ut hodie. Sic enim placidissime, [p.167]
 215 suauius inquit; uiuunt qui sunt sua sorte contenti, incurii rerum mundanarum sicut
 qui succumbunt affectui colligendarum diuitiarum omnium miserissimi sunt pleneque ;
 perpetuis anxietatibus, quibus semetipsos inserunt nemine compellunt, ut sine doloribus
 mundouiuere non possint, qui Christo placere et acquiescere non curant.

*Tu autem o homo dei haec fuge, sectare uero iusticiam, pietatem, fidem charitatem,
 patientiam, mansuetudinem.*

Praedicta agunt mancipia huius mundi, saeculi amatores, et sui ipsius, diuites cupiunt,
 220 quaestum sectantur, ueritati resistunt, falsitatem et errores praedicant, superbi ueritate sensu

et habitu. Tu uero homo dei, a deo electus donatus gracia multiplici, spiritu dei ornatus, per prophetiam ordinatus, deo totus dicatus, et seruus ec clesiae datus, tu haec omnia fuge quae deo aduersantur, tibi et ecclesiae obsunt. Sectare uero iusticiam, tota uita tua iusta sit et uir tuosa, ut sis sine querela coram hominibus, nemini iniuriam aliquatenus irrogans
 225 soli quoq deo plaere cupiens ut improbitatem omnem causas in opere et opinione, ut sit tibi saluus honor et au toritas et doctrina. Hic iusticiam generaliter inte lligo complectente uirtutes oës quarum ins gnores receset consequenter.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.168]

Et desideria multa et inutilia et nociua.

Quanto enim magis ditantur, tanto magis deside rant. Facilius est totum deserere, quam desideriiis imperare quae subsequitur, cura et sollicitudo inutilis, dum omnia timent,
 230 semper attoniti, laeti nunquam, nihil sufficit, nihil satis fortunatum, optauerant plura, iam homines, iam fata incusantur, somniis inquietantur nihil cogitant nisi mammonam, ubi erg seruitium dei? Nociua desideria sunt, quicquid contra legem et cha ritatem cogitatur in communem iacturam, dum priua tim nobis consulimus, dum proximum grauamus etc.

Qui mergunt homines in interitum etc.

Desideria nociua et inordinata dum agrauantur et impellunt ad nimis propense uolendum
 235 contra dei legem ad satisfaciendum auaritiaie, ad tumultus sae culares obuoluut, et sollicitudinibus iniquitatis diuitiarum tam soopulis alliduntur, quid aliud restat, nsi ut mergantur in profundum auaritiaie et intereant, diuitiarum mole obruti, et hydropesi desideriorum munda norum, perditum deum negligant, odiunt, uendant et tra dant ut Iudas quem auaritia inuidum, sacrilegum, impium et traditorem ac parricidam reddidit et
 240 subuertit. Et hodie uiri statu religiosi, et deum alioqui timem tes, sed auaritia sic a mammona demerguntur, ut Christi amorem et neecessitatem nibili ducant, dum

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.169]

augeant census et possessiones, quantumlibet certi sint, quam nihil ualeat omnis uita et conuersatio illo rum, ut in con scientiis suis agnoscant fucata per cos ge ri omnia, deumque uideant offendi ex omni superstitione sua. Auaritia mergit hos homines in
 245 perditionem, neglectusque proximi neecessitatis.

Radix autem malorum omnium cupiditas quam quidam appetentes errauerunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.

Omnia mala ex amore sui pullulant, quae est cupi ditas proprii et priuati boni: non quidem ueri, sed praefixi et electi ab errante ratione. Magis tamen hoc loco insinuat pecuniae studium, quam qui impensius appetunt, facile in multa mala prolabantur. Ideo sine pera et aere discipulos msit, ideo aurum et argentum Petrus et Ioanes non habent,
 250 ideo Simonem cum sua pecu nia damnationi addixit, ideo quaestum interdixit, ali menta

et tegumenta sola permisit, omnem luxum et curiosi tatem improbat, quae fidem Christi eneruant et annihilant.

255 Pietatem. virtutem qua deo plaere possis et hominibus: habet enim rememorationem inuita quae nunc agitur et futura. Hanc puto hic dici tractabilitatem ad homines, et timorem filialem ad deum ad patrem.

Fidem. Qua tota fiducia ex deo pendeas, ut taetera omnia paruifacias, siue sint prospera, siue ad

COMMEN. IN PRIOREM

[p.170]

uersa, quicquid egeris in dei gloriam, certus sis deo placere, et de eius bonitate sine cunctatione omne bonum sperare.

260 Charitatem. Ad proximo inseruiendum dum possis, affectu imprimis et operis exhibitio insignis, oibus dulci, pio sinceroque corde coniunctus paratusque facere, ut tibi fieri iuste rationabilite que uelis.

265 Pacientiam. Que necessaria piis est, quos ma nent psecutiones in hoc mundo, qua et animam posside mus, et Christi exemplo maxime commendatam uiiam ad regnum caelorum, omnibus quoque sanctis familiaris imam.

Mansuetudinem. vt peccantibus facile in dulgeamus, omnia quae benefieri possunt, in bonam par tem interpretaendo. Non reclamando si contra quam placeat quippiam in nos, uel dicatur uel fiat, benefa cere, etia nobis malefacientibus, et in bono malum uin cere, oppressis pro uiribus condolere et succurrere.

Certa bonum certamem fidei, apprehende uitam aeternam, ad quam uocatus es, et confessus es bonam confessionem etc.

270 Docui te in primis fidem uera in Christum, ut et tu doceas omnes, et ut in ea et per eam apprehendatur uita aeterna. Hanc confitere semper, et quia illius fidei inimicos plures sustinebis, aduer sarios ueritatis qui per ouseruant:am legis Mofaicae, religionemque die

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.171]

rum et ciborum uestium et obseruantiarum carnalium deo placere uolunt, et id docent, fidemque ; in Christum ignorant, ideo fortiter et strennue certamen cum eis ineas ac
275 sustineas. Hic enim uincendi sit, ad hanc pugnam conficiendam, uocatus es. Hanc coram me ipso et multis testibus professus es, esse apprehensionem uite aeternae consumataeque ; iusticiae, ut ea sola saluandi sint omnes qui saluabuntur. Si in certami ne isto fidem istam perdideris, similiter quoque aeter nam uitam amiseris. Certa itaque pro fide, apprehende uitam aeternam ad hanc uocatus es. Quaestum magnum asse jueris, si fidei
280 illius pietatem obtinueris et obseruaueris Foris et intra daemonum insultus expe rieris, ut tuam fidem labefactent, terreant, anxiumque a fidu tia in deum deiiciant, sed resiste in fide hac unica munitus, apprehende promissam tibi, et fidelibus uitam aeternam. Vocatus es in uitam aeternam, quam per fidem obtinebis, si pro ea dimiaueris. Confessus es fidem illum, et me docente credidisti et docendam suscepisti, dum Episcopatum idem
285 munus praedican di et instituendi ecclesiam obiisti. In hac confessione perseueres atque

proficias. Quomodo autem uita aeterna apprehendi posset in ea fide, qua deum esse credimus, et articulos fidei non falsos esse fatemur, cum id et diabolus possit et iniqui, sed tota mente

COMMEN. IN PRIOREM

290 deo fidere, et fiduciam bonitatis in deum, obedientia praeceptorum comprobare, uel de fragilitate nostra humiliter ueniam orare et sperare: quis neget esse uitae aeternae uiam et arram et ianuam, ex qua nemo excluditur, de qua alias?

[p.172]

Praecipio tibi coram deo qui uiuificat omnia, et Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues praeceptum, sine macula irreprehensibile, usque in aduentum domini nostri Iesu Christi.

295 Deus omnia uiuificat, quia in eo uiuimus, mouemur, et sumus: et non solum nos homines, sed creaturae omnes, quae a deo creatore acceperunt esse, uere, moueri, operari, et quicquid habent. Cui subiecta sunt omnia, cui obedire debent omnia, et in gloriam et honorem suam ordinantur. Eidem obediens, seruies, placebis, si quae de fide in eum praedicanda committo, compleueris. Iesus Christus dominus, cum ante Pontium Pilatum iudicandus astaret, testimonium reddidit ueritati, nec mortis etiam timore retractus, contestatus ueritatem se opponere, testari: quam et tu, si ut obligaris, praedicaueris attestatusque; fueris, praeceptum illud meum de fide et uita aeterna praedicanda, diligenter
300 custodies,

TIMOTHEI EPISTOLAM.

et fidelibus, ut omnium maxime necessariam inculcabis, per quam et iustificentur, et uitam aeternam sine dubio apprehendant.

[p.173]

305 Sine macula) Praedicationem fidei et caeterorum quae imposuit discipulo, sine macula seruat, cum quaestum non admiscet, dum sua non quaerere auditur, dum non tam laudari, quam proficere cupit. Maculam enim inurunt non solum praedicatori, sed etiam doctrinae: quaestus, ambitio, et insinceritas notatur. Refertur etiam ad ipsum ministrum uerbi, ut non scandalizet opere, quos instruit doctrina. Irreprehensibile uerbum fidei dicitur, cum sacrarum scripturarum autoritate declaratur, ostenditur et corroboratur. Ne sensu proprio docere uideatur, quod reprehensionem non euaderet, quod omnis cogitatio et sensus humanus mendacium operentur. Similiter traditiones humanae uidemus sine reprehensione doceri non posse: sunt enim mutabilitati obnoxiae. Lex autem domini irreprehensibilis est, secundum quam tu quoque praedicans irreprehensibilis eris.

310 Vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi) Quousque Christi fides, gratia, et gloria, toto orbe clarescat, et agnoscat totus orbis eum dominum et redemptorem, cui deus pater dederit omnia. Qui saluator esse debeat omnium in se credentium, qui
315

COMMEN. IN PRIOREM

solus colendus et inuocandus, per quem deus omnia restituit, et recreat orbem, per eum,

[p.174]

et in eo, con ciliari deo omnem hominem in hunc mundum uenientem. Haec inquam agnoscere, et confiteri de Chri sto, et ut redemptorem glorificare, inquam regi regum et domino dominantium seruire, uerbo suo credere, in eum sperare, omne bonum de
 320 eo consequi, longe nobilior susoeptio Christi aduenientis est, et cum maiestate cultus felicior, quam si rex et princeps ad ueniret in mundum, denuo in carne gloriosus, sicut uenerat passurus, donec aliquando in gloriam maiestatis suae orbem uniuersum, uiuos et mortuos iuste, manifesteque iudicaturus adueniet in fine mundi et subito.

Quem suis temporibus ostendet beatus et solus princeps rex regnantium, et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem.

Ostendet deus apparitionem Christi toto orbi, cum Euangelium suum ubique praedicabitur, aoeptabitur, seruabitur, intelligetur. Haec erit nobilis apparitio Christi, cum non iam in carne corruptibili, sed in uirtute et gloria spiritus sui subiiciet sibi omnia. Id autem fiet gratia et dono dei patris, tempore de sinai, et prefinio: omnibus ignorato modo in esf.
 325

TIMOTHEI EPISTOLAM.

bili, dum minus sperabitur. Subito sicut fulgur ab oriente apparet in occidentem, qua
 330 illustrations et iudicio dultus sui iudicabit orbem.

[p.175]

Beatus) Vnice uerbo maiestatem ineffabilem balbuciens nominat. Beatus enim, qui omne bonum possidet. Is solus deus. Sicut et sunt beati dei, quo scilicet maior cogitari non potest nec nominari.

Et solus potens) Innititur uel paululum aliquod de deo clarius et specialius eloqui et dicit, solum potentem, quod in plus est, quam omnipotens et maius incomparabiliter.
 335 Vt non solum non possit om nia, sed et quicquid usquam est, potestatis uel poten tue, id solius dei sit. Nulla enim creatura aliquid po test nisi in, et per deum. Omnia enim in omnibus operatur. Nihil hic distinguitur, non de absoluta, uel ordinata potentia, non de mala uel bona. Omnia enim ipse solus potest, ipse solus operatur nihil malum, quod facit, uidit deus omnia quae fecit, non dicitur ibidem quae creauit, sed quae fecit. Et
 340 erant ual de bona. Iple itaque solus omnia potest, nos nihil pos sumus, nisi in eo, sic angeli, sic caeli, sic omnia, sunt, uiuunt, mouentur et operantur in deo: ut nihil po tentiae nobis ascribamus. Peccare uero potentia non est, sed defectus et impotentiae inditium.

COMMEN. IN PRIOREM

Rex regum) Ipse rex est, ipse regit, gubernat, moderatur, disponit, prouidet omnia. Qui regnant in mundo, nihil possunt, nisi per deum: nec uelle bo num, nec facere. Cor
 345 non solum, sed quicquid uiuit et habet. Rex est in manu dei, et quo uoluerit uer tet illud. Vnicus iste rex regum, deus solus, potens, et faciens omnia, nobis orandus est, ut propitius, clemens, misericors, dirigat actus nostros in beneplacito suo. Et dispositionem dei in hoc mundo hu militer et pacienter amplectamur, quicquid illud tandem fuerit. Interim tamen uoluntatem suam ex uerbo suo discentes, omni studio et uiribus annitamur,
 350 ut quae praecepit dominus, haec fiant: tam a no bis quam ab aliis. Haec enim nos debere conari sci mus, deumuelle, et quicquid in manus dederit agendum bonum, hoc instanter

[p.176]

operandum, scientes uoluntatem dei nostri, quod si prouidentia sua secus cesserit, bonum quod instituiimus, certi tamen sumus, quod haec nos deus facere uoluerit, licet non perficere. Si peccatum est, pro culpa oremus. Si processit melius, domino acceptum
 355 feramus. Et sic rex regum et dominus dominantium, agnoscetur a piis et digne coletur. Si nos et nostros actus iuxta suam uoluntatem pro uirili instituerimus, quas uires, quod uelle et perficere, sua tantum gratia assequamur, nihil nobis.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.177]

Qui solus habet immortalitatem) Solus est fons uitae et ipsa uita, non potest non esse: a semetipso habebat esse, et omnia alia ab illo. Nunquam desinens, sicut nos incoepit.
 360 Aeternus deo esse in semetipso non potest, non destrui, contrarium non habet, non est compositus. Simplicissimus et non potest re solui in partes etc. Habet immortalitatem, quam donare possit, cui uoluerit: et a quo eam sperare, consequi, et habere poterimus, et a nullo alio. Cuius regnum, et inquisitio illius regni, angeli, animae, spiritus immortales sunt, per dei ipsius gratiam, non ex se.

365 Qui lucem habitat inaccessibilem) Lux est deus, et tenebrae non sint ullae. Nihil ignorat omnia non uita, quae sunt, fuerunt, et esse possunt. Praesciuit, praeordinauit omnia. Et cum fit maxime cognoscibilis, quia perfectissimum uerum, imo ueritas, tum a se solo cognoscitur, et ab unigenito suo. Et a nulla creatura agnosci potest, nisi quando, et quantum dignatur se ostendere. Voluntarium enim speculum est Incomprehensibilis
 370 est omni creaturae, etiam angelicae. Accedere nemo potest, sed admittere dignatur, et trahere ad se amicos et filios, quos dignos habuerit. Habitat autem in luce, quod sibi sufficit, suapte luce, bonitateque beatus, nullius indiget acci

COMMEN. IN PRIOREM

[p.178]

pere nihil potest. Habitat quiete, et beatus suam lucem. Diffundit tamen se in omnia, et bonitatem participat omnibus, sicut lux splendorem, et uidetur a remotis, et per
 375 reflectiones in creaturis agnoscitur quantum uult, et cui nult, et quam diu.

Quem nullus hominum uidit.

Angelos uiderunt patriarchae et prophetae, et figurae a deo formatae per quos dei mandatum, angelice uoluntatem dei ad homines multiformiter retulerunt. Ipse autem in essentia a nemine uisus est unquam: nec uideri potest, incorporeus, et purissimus spiritus, imo spiritualiter omni spiritui. Verbum qui deum patris et filius in diuinis, in fine temporum
 380 humanandus et carnem ex uirgine assumpturus, et mundum liberaturus, et amorem dei commendatus humano generi: is in ueteri testamento patribus locutus est, aperuit, promisit, terruit, docuit, mori nult, omniaque peregit, quae deus cum patribus egisse describitur. Creasse scilicet et ad Adam, Cain, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Moysen, Iosue, Iephte, Gedeon, Samuel, Dauid et prophetas. His omnibus deus locutus praescribitur, et
 385 a sanctis patribus non sine scripturarum autoritate dicitur dei filium sapientiae et uiam egisse.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.179]

Sed nec uidere potest.

Videre homo non potest, nisi lucidum, et coloratum, et accidentibus obnoxium: imo sola ipsa accidentia, nullam autem substantiam, quae nullo sensu cognosci potest a nobis: sed tantum per accidentia. Deus autem substantia pura et spiritualissima est, et oculus noster
390 instar noctuae ad manifestissima naturae occaecatur. Sed spiritu et amore percipitur deus ab homine, dum eum attraxerit, et sese digna bitur inclinare et fauore suo complecti.

Cui honor et imperium sempiternum Amen.

Honor professio bonitatis est. Cum itaque solus deus bonus sit, a quo omnia bona, ideo soli deo honor et gloria. Peautque uehementer, qui uel honorari cupit de donis dei, quae a deo suscepit, cui non refert accepta, quasi non receperit. Vel qui defert honorem ei,
395 cui non debetur, fraudatque; eum, a quo bonum est, quod honoratur. Talis apud multos sanctorum honor, qui a se nihil, nisi peccata habent, sola dei gratia bona consecutusunt, quem uolam honorari uoluissent.

Imperium Dei solius est, qui imperat omnibus, qui facit, quicquid uult in caelo, terra, et in omnibus

COMMEN. IN PRIOREM

[p.180]

abyssis. Cuius motu fiunt omnia, ad quem imperium Augusti caesaris uix est eleuatio
400 capitis minimi uermicult. Nemo sibi contra deum uindictam quicquam, cogitet deum praesidem, quae imperat, cuius est minister, ut sit fidelis familiae commissae, iudicem expectet iustum.

Amen I Veritas, credendo, quae praedicta sunt, et cum reuerentia et timore dei
405 audienda, ut uere profiteamur nos credere de deo, summum honorem, et summum imperium, nos subiectos et miseros.

Diuitibus huius saeculi praecipe, non sublime sapere.

Collecta pro pauperibus, quae semper nobiscum sunt, nunquam intermittenda. Vult autem praecipue diuitibus praecipere eleemosynae largitionem, quae tum parum ualet, nisi ab humili. In deo primo ad humilitatem hortatur, ut sciant, se nihil habere a seipsis,
410 dona dei esse quae habent, non contemnant pauperes, non moribus et uestitu superbiant: agnoscant plura deo debere se, qui plura acceperunt dum honorantur, quiete uiuunt, nullius indigent. Dei recordentur, in cuius manu sunt omnia. Fastus solet occupare diuites, gutturi mut.

Nec sperare in incerto diuitiarum.

Difficile obtinentur, facile amittuntur Caduca sunt spes non illuc reponenda: fures et fata
415 imminet

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.181]

nihil certum in eis. Spes non certa, expectatio futu rorum, non incerta sit caducorum. Excmpla supersunt fugatium diuitiarum, gentes sperant in tempo ralia, sed Christianus in deo uiuo speret. Qui nostra semper curat, cuius filii sumus, negligi non possumus, si eidem confidimus, seruatur spe, obtinetur fide. Nemo in mortuis confidat, uel sanctis,
 420 de quibus nihil nobis deus commisit, deus solus anchora spei nostrae per Christum, non in opera bona confidendum, de quibus timendum magis, cum mala sint dei iuditiojdis-
 cutienda. Deus autem pater est gratiam, miser icordiam et gloriam pollicitus est, et potest prae stare si ei fidem habuerimus.

Et praestet nobis omnia abunde ad fruendum.

Dei dona sunt diuitiae. Ipse donat ut frui cis liceat, et quam diu et affatim. Alioqut etiam
 425 multi diuitiis non fruuntur nisi deo concedente. Ideo semper dei fauor ambiendus et gratia: hoc autem fit operibus misericordiae. Quales enim erimus pro ximis, talem nobis deum sentiemus. Omnino nihil no stra prudentia, cura, labore, obtinemus: nihil enim proficimus, nisi eo largiente. Timeant semper, ne domino irato, illas possideant: et ut iuste obtinuerint, iuste utantur, iuste dispensent, cogtent sollicite

COMMEN. IN PRIOREM

[p.182]

430 generis ratio exigetur. Difficile est Christianum esse diuitem nisi erogando affatim, quae dominus abunde suppeditat: ut non sit nisi dei dispensator etc.

Improprie dicitur frui, id est, uti. Non enim propter necessitatem nostram et proximi, habendae diuitiae: non ppter se, solo deo fruendum, Non ergo audiamus, nec obsequamur regulis illorum sophistarum, libere uera loquamur: et magis, quid, quam quibus uerbis
 435 explicemus, curandum. Nonut abunde fruamur sed abunde praestat, Parce, pie, pro nebis ut endum est diu tiis, non ad luxumuel fastum: sed ad sobrietatem et simplicitatem.

Ad fruendam.

Bene agere. Hic quinto docet diuites, ut bene agant, non eaopera curare, quae deus non praece pit, ecclesias, monasteria, anniuersaria, praebendas, altaria, titulos non erigere: sed quae deus praecepit, omni petenti tribuere, pauperes pascere, potare, re dimere,
 440 iuuare, consolari, mutuuum praestare, nihil inde sperare, erogare bona. Non thesaurizare, non ecclesias uisitare, sed pauperes: non audire missas, sed mendicos: non preculas multas numerare, sed precantes exaudire. Non testamentum ordinare, sed in uita erogare, cum sua sint, et cum dei dispensatorem. agit.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.183]

Diuites fieri in bonis operibus.

445 Non ut ditescant bonis corporalibus, sed spiritualibus: non tamen ut fiant diuites, ut praesumant de bonis, sed bona opera a deo mandata, obediendo cum det gratia perficiant.

Et se seruos inutiles credant et profi teantur quod facere debent, faciunt, non spe mercedis sed instinctu charitatis et fiducia in deum. Non inat misericordiae operibus ditos, diuites, soli scilicet habere diuitias censentur coram deo, cum legitime religioseque administrant, in christi commissionem dei, cuius procuratores consutuuntur. Vnde ad
450 mentem et admodum loquendi sancti Pauli, diuites fieri in bonis operibus, nihil aliud est, quam quod opera misericordiae de diuitiarum abundantia affatim exercere, multiplicare opera uerae pietatis: sicut deus abunde praestitit unde pos sint, ne ex illis aliquando penuriam incidant, ut de diuite epulone, cui gutta aquae negata fuit, diuite rebus, sed egero bonis operibus et gratia dei

455 Bona opera quae dicantur, et sint, hactenus a multis ignoratum. Non nunc disuademus bona opera, sed ea quae hactenus falso putabantur bona prae aliis quae uere bona a deo iubentur.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.184]

Diuites autem erimus, non in hoc saeculo, sed in caelo. Illuc enim thesaurizant, hic semper pauperes erimus: plura debentes quam praestare possimus, semper peccatores, 460 semper orantes pro peccatis remittendis, de operibus bonis nihil praesumentes: sed de misericordia dei et fide nostra. Tum glorie mur, sed non in nobis, quia nec fidem praestare possumus, nec opera nisi deo dante.

Facile communicare.

Non difficulter adigi precationibus ad dandum, non expectare precantem, sed inquirere: non tam suscipere, quam cogere hospitem pauperem. Omnia communia putare, et dei, 465 non sua bona ad dei beneplacitum, non grauatim dispensanda, cum sua non sint, sed eius qui magis indiget.

Thesaurizare sibi.

In caelum reponere diuitias tuto loco et in aeternum usui nostro profuturas alioqui, uel hic eas perdemus, et alibi: sicut diuiti reponenti in multos annos bona contigit. Quicquid enim non in deum retulerimus, propterque eum egerimus, totum perdemus. Sic omnia 470 bona opera nostri causa facta, non dei. Sic eleemo synae, non propter deum factae peribunt. Thesaurus noster enim labitur, si non ad dei laudem oculum applicemus, et ad proximi commoda

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.185]

magis quam nostra. De suo praemiabimur, non de nostro. Suis bonis fruemur, non nostris. Patitur nobis deus impie loqui, dum pie intelligamus.

Fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam aeternam.

475 Thesaurum inoertum et temporaneum qui bona col locant, et in sinum pauperum reponunt: imo Christo commendant, cui donant, habebunt in futuro stabiles diuitias, aeternas,

iucundissimas. Dant enim corporalia, et apprehendunt aeterna, utiamsalict beatam
 tanquam dignam compensationem: cum nihil suum dederit, quicquid dedit, nec uolun-
 tatem dandi, nisi a deo habuit, multominus dona et opera. Veruntamen patitur se deus
 480 suis propriis bonis absolui, donatque unde soluamus, et unum acupit pro mille. Gra-
 tum suscipit, quod gratis concessit. His uerbis quasi adie cticiis causam pauperum egit
 Paulus, et ut admoneatur diuites ad beneficentia, et pauperes, qui ut uelint, non tamen
 possint, uerecundia liberentur. Non omnibus praeapit, sed tantum diuitibus, qui citra
 di spendium proprii uictus et suorum donare possunt. Haec consuetudo collectum
 485 oblationum, utinam reformaretur, cum sit omnium maxime neecessaria: sic tamen, ut
 reposita bona, pro pauperibus similiter profundantur ad pauperes, non coagmententur in

COMMEN. IN PRIOREM

ensus ut fit in hospitalibus, quae continue ditescere student, non tam pro pauperum quam
 diuitumuju. [p.186]

O Timothee depositum custodi.

Deposuit rat penes cum Paulus, imo spiritus sanctus gratiam prophetiae, sanaeque ;
 490 doctrinae. Nam ab adolescentia sacris litteris operam nauauit, et uberi us donum uerbi,
 pro ecclesiae profectu adoperat ut depositum, Hoc autem iul etur sic custodire, ut nen
 perdat, non deficiat, id autem est liberaraliter erogare, sine internussione docere,
 talentum creditum non fodere in terram, sed ad mensuram domino augmentandam
 exponere. Tunc autem auarissime custoditur, cum liberalissime profunditur.

495 Depositum dicit, quia mera dei gracia accepit, sine meritis et illapsu et munere diuini
 spiritus qua si aliunde donatum.

O Timothee) Affectum ostendit, et suscitatur, hor tatur, et admonet ceu omnino mag-
 num aliquid et ne cessarium et iugiter cogitandum propositurus, etenim depositum illud
 saluum custodire, hoc est docere iugiter. Maxime necessarium officium est episcopi, non
 500 nostrorum temporum quidem, jed uerorum, qui nunc si sunt paucissimi sunt. Deposita
 alia habent, pecunias scilicet et equos. Adde quoque si placet et scorta.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

Deuitans prophanas uocum nouitates.

Vult disapulum suum non alia dooere subiectos qua didioerat a megistro, non incon-
 sueta uerba inducere uel confingere. Praesensit iam Apellis, Valentinanorum et aliorum
 figmenta de aeonibus 4.8. et 3o. sin gula singulis nominibus nominam do, quae iam
 505 tempore Apoiu lorum a tudaeis et Graecis supstitiosioribus fingebantur, ex Cabalistarum
 (ut nune uocant) et philosophorum, maxime Pythagoricorum dictis se recepisse se et
 edoctos iactabant, de quibus Ireneus in primo et secundo libro Suaeesserunt illis nuper
 Parrhisien sis theologiae professores, aequae portentuosos nominibus, quae nec Latini
 neque Graed intelligunt, nisi diu edocantur ad quaestum Praemonuit Apoite lus uitare
 510 omnes illas nouas uoces quas in dei uerbis, sanctisque scripturis non reoepimus. Quod
 si seruatum fuisset, non tot schismata et differentias doctrinarum audissemus de homi-

515 sion, transsubstantione, circuminspiratione diuinorum, essentialia, uotionalia, et reliqua
 multa praeter scripturae sacrae auctoritatem introducta Taceo tot respectus reales rationis,
 dependentias formalitates, quidditates etc. de quibus omissis utilibus tantopere digla diati
 sunt doctores ecclesiae nostrae, magisque ; perdidit quae repererunt ueritatem, saltem
 spiritum et fidem amiserunt et operari Christiana sanctimoniam et exemplum.

COMMEN. IN PRIOREM

[p.188]

Et oppositiones falsi nominis scientiae.

Vocatur quidem ab illis ista cognitio, scientia, sed omnino falso et indigno nomine. Est
 enim reuera opinio, stulticia, error et haeresis, superbiam, et quaestum doctus non
 pietatem. Oppositiones sunt non doctrinae, sed subuersiones discentium et doctrinae.
 520 Sic enim eos uideamus nihil aliud scribere, nisi oppositiones, et argumenta pro et contra,
 pro opposito contra oppositum. Vide primum inter mendicantes scholasticum Albertum,
 quem magistrum uocant in magistrum, et inuenies oppositiones et praeter cas nihil,
 quem ut sunt inre pulchra sectati omnes. Quos alienos nominare possumus, quos hic
 Paulus prodiderit hoc uerbo oppositiones falsi nominis scientiae. etiam seipsos damnant
 525 et scientiam suam qui caligine oppositionum omnia obuoluunt, ut sincera ueritas apud
 eos nulla superfuerit. Fides quoque et uera pietas abolita fuerit, quam eorum nullus
 pro rei dignitate tractauit. Sed in profundum silentium sepelierunt, donec explosa omni
 corum schola et falsi nominis scientia, detestata gracia, sacrae litterae, et Christi spiritus
 530 sinoeraque fides denuo emergunt, scholasticique futiles, cum suo sacrilegi Aristotele
 stulti deprehenduntur.

TIMOTHEI EPISTOLAM.

[p.189]

Quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.

Non quidem exhibentes etiam eam quam promittunt scientiam, licet falso nomine
 promittunt solum, praestare nequeunt, cum contradictiones euadere non docent, et
 semper discipulus magistro reclamatur, et diuersum, sentit, docet et scribit. Disputare
 535 discutunt omnia inuoluere quaestionibus, cauilla mouere ad omnia tibi appareant, quae
 nihil sunt. In hoc uno conueniunt omnes, quod fidem ueram nescisse fateri coguntur Biblia
 nunquam uidisse, didicisse, nec uel in una sui parte intelligere. Digna animaduersione
 puniti, ut dum sibi aisternas ueteres fodiunt, non ualentes aquas continere, fontem aquae
 uiuae perdiderunt Dum humana sectantur, diuina amittunt. Et dum ratione humana
 540 idolum colunt, fidem uerbi dei deserunt. Et dum Aristotelis doctores se profitentur,
 amplissimis titulis, Christi discipuli esse desierunt, et utriusque gratiam et fructum
 amiserunt. Omnem fidei tacturam et superstitionem, et uanitatum incrementum istis
 theologis solis debemus.

Exciderunt circa fidem) Aberrarunt a scopo totius sacrae scripturae, quae fidem doct,
 545 promissionesque diuinas in Christo, ideo non mirum, si nihil apposite interpretantur, a
 scopo errantes et in ianua,

COMMEN. IN PRIOREM

[p.190]

quo alio delaberentur, nisi ad opera? Et ea denique non illa quae scriptura commendat, et deo placent, Jed quae contra, et secus, et praeter uerbum dei. Inde traditionum ingluuies et abusionum abyssus, et mare errorum omnium.

Gracia tecum.

550 Haec manu Pauli ascripta dicuntur, cum alia per dictatum describi fecerit, iuxta illius temporis consuetudinem et morem Apostoli. Optima imprecatio. Quid molestiae non tollerabimus, si dei gratia ad sit, et in cam speremus? Si deus pro nobis, quis con tra nos? Facessat omnis humana, gratia dum adest diuina. Amen.

FINIS COMMENTARIORVM IN PRIOREM PAVLI AD TIMOTHEVM EPISTO-
LAM.

555 BASILEA AE EXCVDEBAT HENRICVS PETRVS MENSE MARTUO AN. M. D.
XXXIII.